forane potestati &c iuxta formam Statuti &c et quod nulla Simoniaca conventione vel
pravitate interveniente vel alio modo damnato vel prohibito &c se pactari promittit

Recepto de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cant' &c et loci ordinario &c ac de continua &c personali residentia &c prefatus magister Willmus Awbrey admisit eum ad dictam vicariam perpetuam per liberam et spontaneam resignationem Johannis Kendall clerici ultimi vicarii et incumbentis ibidem iam vacantem ad quam per venerabilem virum magistrum Willmum Daye sacre theologie professorem Prepositum Collegii Regalis Beate Marie de Eton iuxta Windsor' [illegible] in Com' Buks et idem Collegium ipsius vicarie veros patronos &c presentatus exstitit Ipsumque vicarium canonice ac in et de eadem Instituit &c cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus &c semper salvis et acceptata cura &c Scriptum fuit Archidiacono Oxon vel eius officiali pro inductione eiusdem Thome Lovell &c

Decimo Quarto die mensis Novembris Anno domini predicto coram magistro Willmo Awbrey legum doctore officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis &c ac magistro Willmo Clerke legum etiam doctore coniunctim et divisim legitime fungentibus. Ad quos etc que ad Episcopum Oxon &c constitutus personaliter Johannes Beale clericus in artibus magister. Ad ecclesiam parochialem de Broughton Oxon dioc' presentatus articulis de quibus in Sinodo London' cum assensu Archiepiscoporum Episcoporum et cleri utriusque Provincie Cantuar' et Eboracen' consensum est Anno domini iuxta &c 1562 Ad tollendam opinionum varietatem et confirmandum verum consensum vere Religionis Regia auctoritate et assensu publicatis manu sua propria in presentia magistri Willmi Awbrey subscripsit. Et tunc prestitit per eundem Johannem Beale Juramento de agnoscendo Regia suprema potestate in causis ecclesiasticis &c et de renunciando omnimode forane potestati iuxta formam Statuti &c et quod nulla Symoniaca conventione vel pravitate intervenit vel alio modo damnato et prohibito ad dictam ecclesiam &c se presentari procuravit &c Recepto de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cant' et loci ordinario pro tempore &c Prefatus magister Awbrey admisit eum ad dictam ecclesiam parochialem de Broughton per liberam resignationem Thome Charley clerici ultimi incumbentis ibidem vacantem Ad quam per venerabilem virum Richardum ffeenis armigerum ipsius ecclesie patronum presentatus exstitit Ipsumque Rectorem ibidem Instituit &c Juribus Archiepiscopalibus &c semper salvis et acceptata per eum cura animarum &c Scriptum fuit Archidiacono Oxon seu eius officiali pro inductione eiusdem Johannis Beale

Broughton ecclesia Institutio

Vicesimo Septimo die mensis Novembris Anno domini predicto infra edes Advocatorum Alme Curie de Arcubus London' infra parochiam Sancti Benedicti [illegible] civitatis et dioc' London &c coram venerabilibus viris magistris Willmo Awbrey et Willmo Clerke legum doctoribus officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuarien' coniunctim et divisim legitime fungentibus Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Oxon Sede plena pertinuit Ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere In presentia mei Thome Redman Notarii publici &c assumpti &c comparuit personaliter Jacobus Wetshey clericus et exhibuit quasdam litteras presentatorias de persona sua ad ecclesiam parochialem de ffringford Oxon dioc' iam ut dicitur legitime vacantem per Richardum Harris et Johannem Underhill artium magistros ipsius ecclesie parochialis veros et indubitatos hac vice ut dicitur patronos factas, et articulis de quibus in Synodo London &c consensum est Anno domini iuxta &c 1562 Ad tollendam opinionum varietatem &c manu sua propria in presentia dictorum magistrorum Willmi Awbrey et Willmi Clerk subscripsit atque etiam tunc et ibidem Juramentum illum de agnoscenda suprema Regia potestate in causis ecclesiasticis et temporalibus et de renunciando omnimode forane potestati &c iuxta formam Statuti &c Ac etiam quod nulla Symoniaca contractione vel pravitate interveniente vel alio modo damnato et prohibito &c se presentari procuravit &c prestitit et subivit Atque promptum et paratum ad prestandum et subeundum quodcumque aliud Juramentum licitum et honestum ac de iure in hac parte quomodolibet requisitum ac ad subeundum omnia alia et singula que de Jure legibus et statutis communibus Regni Anglie in hac parte quomodolibet requiruntur et instanter instantius et instantissime petiit se ad dictam ecclesiam

[illegible] ecclesiam de ffringforde

parochialem sic (ut prefertur) vacantem admitti ac in eadem canonice institui necnon in realem actualem et corporalem possessionem ipsius ecclesie parochialis Juriumque et pertinentiarum suorum universorum induci mandari ac sibi et justitiam sibi ministrari. Et tunc prefati magistri Willelmi Aubrey et Clerk decreverunt quendam Richardum Aldriche qui ius et interesse (ut pretenditur) habere citandum fore &c Decimo die post &c ad proponendum jus et interesse sua &c ac ad dicendum causam quare dictus Jacobus Bettsley sic (ut prefertur) presentatus ad eandem ecclesiam admitti ac in eadem induci mandari non debeat ad promotionem dicti Jacobi Bettsley dictum &c Cum intimatione quod sive venerit sive non &c ipsi procedent intendunt &c ac justitiam ministrare volunt &c ~ // ~ // ~ // ~ // ~ // ~ // ~ // ~ // ~ // ~ //

Islippe ecclesia
Institutio Oxon

Decimo Nono die mensis ffebruarij Anno domini predicto Coram magistro Willelmo Aubrey legum doctore officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis unacum magistro Willelmo Clerke legum etiam doctore con[illegible] dicti [illegible] illum fungen. Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Oxon Sede plena pertinuit ipsa Sede jam vacante notorie dinoscitur pertinuisse Constitutus personaliter Willelmus Wilson clericus sacre Theologie Bacchalaureus ad ecclesiam parochialem de Islippe dicte Oxon diocesis presentatus articulis de quibus in Synodo London communi assensu Archiepiscoporum Episcoporum et Cleri utriusque Provincie Cant et Eboracensis consensum est Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane 1562 Ad tollendam opinionum varietatem et confirmandum veram unanimitatem in vera Religione Regia auctoritate et assensu publicatis manu sua propria in presentia magistri Willelmi Aubrey subscripsit Et tunc prestito per eundem Willelmum Willson juramento de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis &c et de renunciando omnimodo forance potestati et Jurisdictioni &c et quod nulla Symoniaca conventione vel pravitate interveniente vel alio modo damnato et prohibito quorumque respectu eiusdem temporalibus ad dictam ecclesiam de Islippe se presentari procuravit &c necnon de canonica obedientia dicto Archiepiscopo Cant et loci ordinario pro tempore existenti in omnibus licitis et honestis mandatis prestanda et exhibenda prefatus magister Willelmus Aubrey admisit eum ad dictam ecclesiam parochialem de Islippe predictam vacantem Ad quam per Gabrielem Goodman sacre theologie professorem decanum ecclesie Collegiate divi Petri Westm et ipsius ecclesie patronos presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit &c in suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus &c semper salvis Et acceptata per eum cura animarum &c Scriptum fuit Archidiacono Oxon seu eius officiali aut alio cuicumque per diocesis Oxon presidenti pro inductione eiusdem Willelmi Wilson ~ // ~ // ~ // ~

Regine Breve

Elizabeth dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei defensor &c Reverendissimo in Christo patri et domino Edmundo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano Salutem; Volentes certis de causis quod Barones de Scaccario nostro per vos certiorentur tam quibus die et Anno quidam Willelmus Wilson clericus primum admissus et institutus fuit ad Rectoriam de Islippe in Com. nostro Oxon infra provinciam et Jurisdictionem vestram Cantuariensem quam quibus die et Anno idem Willelmus postea ad eandem admissus fuit Necnon quos fructus et que emolumenta eiusdem Rectorie idem Willelmus percepit et habuit post tempus primi sui admissionis predicte Et qua de causa ab eadem remotus fuit, ac utrum eandem sua sponte resignavit. **Vobis** mandamus quod diligenti indagine scrutatis Registris et aliis Archivis vestris necnon omnibus aliis vijs modis et mediis quibus melius sciveritis aut poteritis premissa tangentibus quibuscumque quicquid inde inveneritis prefatis Baronibus apud Westm in Quindena Pasche proximo futuro sub Sigillo vestro autentico distincte luculenter et aperte in pergameno fideliter scriptis certificetis reddatis unacum presentibus. T. Rogero Manwood Militi apud Westm quarto die ffebruarij Anno Regni nostri Vicesimo Secundo ~ // ~ //
ffra. fflowre deputat. Christoferi Hatton Militis. ~ // ~ // ~ // ~ // ~ //

Certificatorium Baronibus Scaccarij ecclesiam de Isl[...] Oxon dioces

Honorabilibus et egregijs Viris Dominis

Baronibus Curie Scaccarij Illustrissime in Christo principisse et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. et eiusdem Curie Scaccarij Clericis in eadem a consilijs // Willelmus Awbrey et Willelmus Clerk legum doctores officium Vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis ac dicti [illegible] legitime fungentes Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Oxon sede plena pertinuit Ipsa Sede jam vacante notorio dinoscitur pertinere Salutem in auctore salutis ac fidem indubiam presentibus adhibere Vestris reverentijs tenore presentium significamus et notum facimus Quod scrutatis diligenter de mandato nostro registro principali Sedis Archiepiscopalis Cant sub custodia Registrarij principalis eiusdem Sedis existente comperimus et invenimus inter alia in eodem Quod vicesimo quinto die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo Octavo iam preterito Willelmus Wilson Clericus in [illegible] predictus ad Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Islippe dicte Oxon diocesis Cantuarien provincie per mortem naturalem Humfredi Parkins clerici ultimi Rectoris et incumbentis ibidem tunc vacantem ad presentationem Georgij Farmer Armigeri veri et indubitati (ut dicebatur) patroni ecclesie predicte pro illa vice admissus fuit Cui quidem Willelmus Wilson [illegible] admissionis et institutionis predicte eadem ecclesia gavisus non fuit nec eandem [illegible] pro eo quod Decanus et Capitulum ecclesie Sancti Petri Westm in Curia domine nostre Regine coram Justiciarijs suis apud Westm recuperaverint presentationem suam versus dictum Georgium Farmer armigerum et Willelmum Wilson Clericum ad ecclesiam de Islippe predictam et ad donationem eorundem Decani et Capituli spectantem prout per breve Regium nobis in ea parte directum ac penes Registrum nostrum remanens plenius liquet et apparet Unde per breve predictum nobis mandatum fuit quod non obstante reclamatione predictorum Georgij et Willelmi idoneam personam ad ecclesiam predictam ad presentationem predictorum Decani et Capituli admitteremus: Cuius quidem brevis vigore [illegible] et auctoritate prefatus Willelmus Wilson decimo nono die mensis Februarij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane 1579 ad ecclesiam parochialem de Islippe predictam sic ut prefertur vacantem ad presentationem Decani et Capituli ecclesie Sancti Petri Westm predicti [illegible] auctoritate nostra admissus fuit et in eadem institutus cum suis Juribus et pertinentijs universis Et insuper tenore presentium certificamus quod fructus dicte ecclesie de Islippe ratione litis super iure Patronatus eiusdem inter partes predictas (ut prefertur) mote sed dicti fructus interim (Dilapidationibus) auctoritate nostra in manus quorundam Willelmi Wilson Laici de Islipp in Com Oxon Cantuar provincie et Johannis Holloway de Civitate Oxon sequestrati fuerunt in usum futuri Rectoris eiusdem ecclesie conservandi. Que omnia et singula se ita habere et vera esse vestris reverentijs significamus Dicimus per presentes In Cuius rei testimonium Sigillum quo in huiusmodi utimur presentibus apponi fecimus Datum tertio die mensis Martij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo septuagesimo nono.

Cotesforde ecclesia Institutio

Quarto Die mensis Martij Anno domini predicto Coram magistro Willelmo Clerke legum doctore officium Vicariatus etc. necnon magistro Willelmo Awbrey legum etiam doctore Cantuarien. et dicti [illegible] legitime fungentibus Ad quos omnis et omnimoda jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Oxon etc. Constitutus personaliter Johannes Neale Clericus ad ecclesiam parochialem de Cotesforde Oxon diocesis Cantuarien provincie presentatus articulis de quibus in Synodo London etc. Consensum est Anno domini iuxta etc. 1562 ad tollendam opinionum varietatem etc. manu sua propria in presentia dicti magistri Willelmi Clerk subscripsit et tunc prestito per eundem Johannem Neale Juramento de agnoscendo supremam Regiam potestatem in causis ecclesiasticis etc. et de renunciando omni forinsece potestati etc. iuxta formam statuti etc. et quod nulla Simoniaca pactione vel pravitate interveniente vel alio modo damnato vel prohibito &c se putari procuravit &c Necnon de canonica obedientia dno Archiepo Cant moderno &c ac loci ordinario &c prefatus magr Willmus Clerk admisit eum ad dictam ecclesiam parochialem per mortem naturalem ultimi Rectoris et incumbentis ibidem iam vacan ad quam per Gulielmum Day sacre Theologie professorem prepositum Collegii Regalis Bte Marie Virginis de Eaton iuxta Windsore novam in Com Buck et idem Collegium ipsius ecclie parochialis veros et indubitatos (ut dicitur) patronos putatus existit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis Iuribus et pertinentiis suis (Salvis Iuribus Archiepalibus Cant et Epalibus Oxon necnon ecclie Cathedralis et Metropolitane xpi Cant et ecclie Cathedralis Oxon dignitatibus et Honoribus in omnibus semper salvis) et acceptata per eum Cura &c Scriptum fuit Archino Oxon vel eius officiali pro inductione eiusdem Johannis Neele &c

Vicar Sti Petri in oriente Civitatis Oxon Institutio

Vicesimo Nono die mensis Aprilis Anno dni millesimo quingentesimo Octogesimo coram magro Willmo Awbrey legum doctore officio vicariatus in spualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepalis Cant vacan magro Willmo Clerk legum etiam doctore coniunctim et divisim legitime fungen Ad quos omnis et omnimoda iurisdictio spualis et ecclesiastica que ad Epum Oxon sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacan noscitur dinoscitur pertinere constitutus personaliter Willmus Wilkes Clericus in artibus magr ad vicariam perpetuam ecclie parochialis Sancti Petri in oriente Civitatis Oxon dicte Oxon dioces Cantuarque provincie presentatus articulis de quibus in Synodo Londonien Communi assensu Archiepiscoporum Eporum et Cleri utriusque provincie Cant et Eboracen consensum est Anno dni iuxta computacionem ecclie Anglicane 1562 Ad tollend opinionum varietatem et confirmand veram uniformitatem xpiane Religionis Regia auctoritate et assensu publicatis manu sua propria in presentia magri Willmi Awbrey subscripsit, Et tunc prestito per eundem Willmum Wilkes Iuramento de agnoscend Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis &c et de renunciand omnimod forinsece potestati et Jurisdictioni &c et quod nulla Symoniaca conventione vel pravitate interveniente vel alio modo damnato et prohibito quocumque respectu commodi cuiuscunque temporalis ad dictam vicariam Sti Petri predict se presentari procuravit &c necnon de canonica obedientia dno Archiepo Cant et loci ordinario pro tempore existen in omnibus licitis et honestis mandatis prestand et exhibend ac etiam de continue et personaliter residend in dicta vicaria iuxta constitutiones &c prefatus mr Willmus Awbrey admisit eum ad dictam vicariam perpetuam Sti Petri predicti per mortem naturalem Johannis Hemmyngs ultimi incumbentis ibidem vacan Ad quam per Thomam Bykley sacre Theologie doctorem Custodem et Scholares domus sive Collegii Scholarium de Merton in Universitate Oxon ipsius vicarie patronos putatus existit, ipsumque vicarium eiusdem instituit &c cum suis iuribus et pertinentiis &c semper salvis et acceptata per eum Cura animarum &c Scriptum fuit Archino Oxon seu eius officiali pro inductione dci Willmi Wilkes &c

Chesterton vicarie perpetue Institutio

Decimo Die mensis Decembris Anno dni Millesimo quingentesimo septuagesimo Octavo coram magro Willmo Clerk legum doctore officio vicariatus in spualibus generalis et officialitatis &c vacantium venerabili viro magro Willmo Awbrey legum etiam doctore coniunctim et divisim legitime fungen Ad quos omnis et omnimoda iurisdictio spualis et ecclesiastica que ad Epum Oxon &c Constitutus personaliter Johannes Tilbory Clericus artium magr ad vicariam perpetuam ecclie parochialis de Chesterton dioces Oxon putatus articulis de quibus in Synodo Londonien &c consensum est Anno dni iuxta computationem ecclie Anglicane 1562 ad tollend opinionum varietatem et confirmand veram uniformitatem xpiane religionis &c manu sua propria in presentia dci magri Willmi Clerk

Subscripsit atque etiam tunc ibidem Juramentum tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem etc. et de renunciando omnem forinsecam potestatem etc. iuxta formam statuti etc. quam quod nulla Simoniaca pravitate seu corruptione interveniente etc. se presentari procuravit etc. prestitit et subiit ceteraque habita et gesta fuerunt prout in Registro habetur. Deinde Septimo die mensis Junii Anno domini Millesimo Quingentesimo Octogesimo. Coram prefato magistro Willelmo Clerk legum doctore officio Vicariatus etc. ut prefertur tunc fungente in Camera sua infra edes Advocatorum Alme Curie de Arcubus London infra parochiam Sancti Benedicti infra Civitatem et diocesem London situatas In presentia mei Thome Redman Notarii publici etc. Comparuit personaliter venerabilis vir magister Martinus Culpeper Clericus et in Medicinis Doctor et exhibuit procuratorium suum litteratorie pro domino Johanne Tilborowe clerico ad dictam vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Chesterton presentatus et fecit se partem pro eodem et exhibuit literas presentatorias de persona dicti Johannis Tilborowe ad eandem vicariam factas etc. ac nomine procuratorio eiusdem Johannis Tilborowe petiit ipsum institui et induci mandari ad et in dictam vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Chesterton: Unde prestito per eundem Martinum Culpeper nomine procuratorio quo supra et in animam dicti Johannis Tilborowe domini sui Juramento de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cantuariensi etc. ac de continuo et personali residendo in eadem vicaria perpetua iuxta constitutiones in ea parte editas et provisas Antefatus magister Willelmus Awbrey admisit eundem Johannem Tilborowe ad dictam vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Chesterton per mortem naturalem Jacobi Chapman clerici ultimi vicarii et incumbentis ibidem vacantem ad quam per magistros Custodem et Scholares Collegii Beate Marie de Winton ipsius vicarie perpetue veros et indubitatos (ut dicitur) Patronos presentatus extitit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem Instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis curamque et regimen animarum parochianorum ibidem ei in domino commisit in persona dicti magistri Martini Culpeper procuratoris sui tunc constituti etc. Juribus Archiepiscopalibus domini Archiepiscopi Cantuariensis moderni, et Episcopalibus Oxon utriusque ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis et ecclesie Cathedralis Oxon dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis, Scriptumque fuit domino Archidiacono Oxon vel eius officiali etc. ad inducendum eundem Johannem Tilborowe etc.

Sancti Martini C
Civitatis Oxon

Vicesimo die mensis Junii Anno domini Millesimo Quingentesimo Octogesimo Coram magistro Willelmo Awbrey legum doctore officio Vicariatus in spiritualibus etc. ac necnon magistro Willelmo Clerk legum etiam doctore coniunctim et divisim fungentibus Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Oxon etc. Comparuit personaliter Richardus Wightwike clericus ad ecclesiam parochialem Sancti Martini Oxon Civitatis dicte diocesis presentatus articulis de quibus in Synodo Londoniensi etc. conclusum est Anno domini iuxta etc. 1562 pro vitandis opinionum varietatibus etc. manu sua propria in presentia dicti magistri Willelmi Awbrey subscripsit et tunc prestito per eundem Richardum Wightwike Juramento de agnoscendo supremam Regiam potestatem in causis ecclesiasticis etc. et de renunciando omnem forinsecam potestatem etc. iuxta formam Statuti etc. et quod nulla Simoniaca corruptione vel pravitate interveniente vel alio modo damnato vel prohibito etc. se presentari procuravit etc. Necnon de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cantuariensi etc. et loci ordinario etc. Antefatus magister Willelmus Awbrey admisit eum ad dictam ecclesiam parochialem Sancti Martini predictam per liberam et spontaneam resignationem Willelmi Glovinge clerici ultimi Rectoris et incumbentis ibidem iam vacantem Ad quam per Illustrissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie Francie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. ipsius ecclesie parochialis veram et indubitatam (ut dicitur) Patronam presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit et cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus Cantuariensis et Episcopalibus Oxon utriusque ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis et ecclesie Cathedralis Oxon dignitatibus et

honoribus in omnibus semper salvis et acceptata per eum dicta Animarum cura &c. Scriptum fuit
Archidiacono Oxon vel eius officiali ad inducendum eundem Ricardum Wightwike &c ~ ||

Comissio ad visitand ecclesiam Cathedralem ac Civitate et Diocesis Oxon ~ ||

Willmus Awbery et Willmus Clerke

legum doctores officii vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuarien-
sis conjunctim et divisim legitime fungentes, Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Oxon sede
plena pertinuit ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere. **Dilectis** nobis in Christo
magistris Herberto Westphalinge sacre theologie professori, Johanni Kennall, Johanni Lloyd et Griffino
Lloyde legum doctoribus Salutem in domino sempiternam. Cum a frequenti multorum relatione acceperimus quod
in ecclesia Cathedrali ac Civitate et diocesi Oxon hactenus provenit plurima sint correctione et reformatione
necessario indigentia que absque visitationis remedio congrue reformari et corrigi non possint. Hinc est
quod nos dictam ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et diocesim Oxon predictam tam in locis exemptis quam non
exemptis ad dei gloriam et honorem atque ecclesie Cathedralis Oxon utilitatem et decorem, necnon subditorum
diocesis Oxon predicte commodum et quietem ac virtutum incrementum et viciorum extirpationem propediem
annuente domino visitari statuimus. Verum quoniam nos in presenti quibusdam aliis negotiis adeo sumus impli-
citi et remorati prout de verisimili credimus in futurum quod huiusmodi nostre visitationis negotium in personis nostris
propriis exequi non possumus neque valeamus hanc provinciam vobis committendam duximus. Ad visitandum
igitur tam in capite quam in membris dictam ecclesiam Cathedralem et Civitatem ac Diocesim Oxon necnon quascunque
ecclesias prebendales ac alia loca ecclesiastica quecunque tam exempta quam non exempta in et per Civitatem
et diocesim Oxon ubilibet constituta, clerumque et populum in eisdem respective degentes sive residentes, de
statu ecclesiarum et locorum huiusmodi, necnon vita moribus et conversatione ac etiam qualitatibus personarum
in ecclesiis et locis huiusmodi degentium sive ministrantium modis omnibus quibus melius aut efficacius poteritis inqui-
rendum et investigandum, Criminosos vero culpabiles et delinquentes tam clericos quam laicos condignis penis usque ad
beneficiorum suorum privationem (si scelerum atrocitas ita poposcerit) fructuumque redditum et proventuum ecclesiarum
et locorum quibus presunt sequestrationem vel quamcunque aliam congruam et competentem coercionem
intrinsice puniendum et corrigendum, atque ad probationes Juridici moris modis omnibus quibus melius aut
efficacius poteritis reducendum. Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcunque defunctorum
infra ecclesiam Cathedralem Civitatem et Diocesim Oxon predictam in locis exemptis et non exemptis decedentium
approbandum et insinuandum, Administrationesque bonorum eorundem defunctorum et aliorum ab intestato sive
per viam intestati decedentium etiam, Executoribus in huiusmodi testamentis nominatis et aliis quibus de iure et
huius Regni Anglie Statutis committi debeant in debita iuris forma committendum expe-
diendum et concedendum. Computa quoque tam executorum quam administratorum et Sequestratorum
quorumcunque recipiendum et admittendum ac super eisdem executores administratores et sequestratores
omnes et singulos acquietandum relaxandum ac finaliter dimittendum. Causasque instantium quarumcunque
audiendum examinandum et finaliter terminandum. Contumaces autem et rebelles cuiuscunque conditionis sive
status fuerint (si quos inveneritis) per censuras ecclesiasticas compescendum. Ecclesias autem et alia loca
dimissa vacare et vacantibus habendum fore decernendum et declarandum, necnon Clericorum et beneficiatorum
quorumcunque tam pro ordinibus quam beneficiis per eos respective adeptis literas et munimenta quecunque
exigendum et recipiendum easque et ea diligenter examinandum et discutiendum, et quos non sufficientes in ea
parte inveneritis competentibus ab officiis et beneficiis huiusmodi dimittendum, et sic pro non munitis pronunciandum
et declarandum. Synodosque et Capitula tam generalia quam specialia Cleri et populi huiusmodi pro
exercitio commissionis aut reformationis quarumcunque habendum faciendum et convocandum. Procurationesque
et Synodalia quecunque ratione visitationis huiusmodi debita et solvi consueta petendum exigendum et
levandum, ac Procurationes et Synodalia huiusmodi non solventes aut solvere recusantes per censuras
ecclesiasticas compellendum cogendum et coercendum. Ad inhibendum preterea vice et auctoritate nostris omnibus
et singulis Decanis, Capitulis, Archidiaconis, Cancellariis, officiariis, Commissariis, Actorum
scribis Ceterisque quibuscunque quocunque nomine aut cognomine censeantur vel reputantur

ut ipsi aut eorum aliquis, pendente visitacione nostra huiusmodi Jurisdiccionem aliquam spiritualem et ecclesiasticam alibi in ecclesia Cathedrali ac Civitate et Diocesi Oxon predictis quoquo modo exerceret aut quicquam aliud in preiudicium sive dispendium visitacionis huiusmodi quomodolibet attemptare presumant seu eorum aliquis presumat, faciantve aut faciat sub pena contemptus: Ac usurpata et attemptata in contrarium per legitima Juris remedia revocandum contra usurpatores, attemptatores ac transgressores procedendum ac eos et eorum quemlibet per censuras ecclesiasticas canonice puniendum et compescendum. Alium insuper vel alios in premissis et eorum quolibet loco vestro substituendum ac ei sive eis vices vestras circa premissa committendum: Ad cognoscendum preterea statuendum et diffiniendum in quibuscumque causis negociis litibus et querelis ecclesiasticis in dictis Civitate et Diocesi Oxon tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcumque partium instanciam sive promocionem hactenus mote inchoatis et indecisis aut imposterum movendis et incohandis causisque et earum cum suis incidentibus dependentibus emergentibus et connexis quibuscumque (circa tamen offensam Legum et statutorum huius Regni Anglie) et quatenus leges et statuta huiusmodi permittant et non aliter neque alio modo audiendum discutiendum et fine debito terminandum; Et generaliter omnia alia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna; Vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras et plenam in dicto tenore presentium concedimus potestatem Assumpto vobis et substitute vestris huiusmodi uni vel pluribus Dilecto nobis in Christo Johanne Incent notario publico Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis predicte Registrario principali vel eius in hac parte deputato in Registrarium vestrum et actorum vestrorum Scribam in hac parte Necnon Johanne Ridge generoso apparitori generali dicte Sedis vel eius deputato in apparitorem vestrum in ecclesia Cathedrali Civitate et Diocesi Oxon predictis durante visitacione nostra huiusmodi Mandantes nihilominus quatenus dicta visitacione finita de omni eo quod per vos substitutum vestrum sive substitutos vestros in hac parte actum gestum vel expeditum fuerit per literas vestras patentes sub forma autentica conceptas nos certiores reddere curetis prout convenit. In cuius rei testimonium sigillum quo in similibus utimur presentibus apponi fecimus. Data septimo die mensis Junij Anno domini Millesimo quingentesimo Octogesimo // ~ // ~ // ~ // ~ // ~ // ~ //

Inhibitio fact Archidiacono Oxon in ecclesia Cathedrali Oxon ~ //

Willelmus Awbrey et Willelmus Clerk legum doctores officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis coniunctim et divisim legitime fungentes Ad quos omnis et omnimoda Jurisdiccio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Oxon Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere **Dilecto** nobis in Christo Archidiacono Oxon in ecclesia Cathedrali Oxon seu eius officiali Salutem in auctore Salutis Quoniam nos Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Diocesim Oxon tam in capite quam in membris clerumque et populum in eisdem degentes et residentes auctoritate nostra ordinaria qua in dicta Diocesi Oxon Sede ibidem iam vacante utimur propediem annuente domino visitare et defectus inibi repertos corrigere et reformare necessaria indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus; Ut igitur visitacionem nostram huiusmodi liberius exercere possimus et valeamus tibi tenore presentium inhibemus ac per te omnibus et singulis aliis personis Jurisdiccionem ecclesiasticam infra Archidiaconatum et Jurisdiccionem predicta exercentibus sic inhiberi volumus et Mandamus quatenus neque tu neque illi seu eorum aliquis a die recepcionis presentium aut intimacionis earundem tibi factarum durante visitacione ordinaria huiusmodi ecclesias aut alia loca clerumve aut populum eiusdem Archidiaconatus visitare aut ea que sunt Jurisdiccionis ecclesiastice exercere seu quicquam aliud in preiudicium visitacionis nostre huiusmodi quovismodo attemptare presumas seu presumant sub pena contemptus De diebus autem recepcionis presentium et intimacionis earundem necnon et quid in premissis feceritis nos aut alterum nostrum vel alium Auditorem in hac parte competentem quemcumque cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite certificare non postponas **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum quo in similibus utimur presentibus apponi fecimus **Datum** London septimo die mensis Julij Anno domini Millesimo Quingentesimo Octogesimo.

Ewelme Eccle
Institucio

Vicesimo die Mensis Julii Anno dni Millesimo quingentesimo octogesimo Coram Magro Willmo
Clerk legum doctore officio vicariatus in spualibus &c venerabili Magro Willmo Awbrey Legum etiam Doctore
officio vicariatus in spualibus &c venerabili Magro Willmo Awbrey Legum etiam Doctore conitim et divisim ltime
fungen ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclastica que ad Epum Oxon &c Constitutus personalr
Thomas Blage clericus sacre Theologie Baccalaureus unus Capellanorum ordinariorum dne nre Regine ad
Ecclesiam parochialem de Ewelme dict Oxon dioc & Cantuariensis provincie presentatus Articulis de
quibus in Synodo Londonensi &c Consensum est Anno dni iuxta &c 1562 ad tollend opinionum
varietatem et c manu sua propria in presentia dci Magri Clerk Subscripsit Et tunc prestitit per
eundem Thomam Blage Juramento de agnoscend regiam supremam potestatem in causis ecclasticis &c
et de renunciand omnem fforincecam potestatem &c iuxta formam Statuti &c et quod nulla Symoniaca conventione
vel pravitate interveniente vel alio modo damnato vel prohibito &c se putavit procuravit &c Necnon
de Canonica obedientia dno Archiepo Cantuarien &c et Loci ordinario &c Prefatus Magr
Willelmus Clerk admisit eum ad dictam Ecclesiam parochialem de Ewelme per mortem naturalem ultimi
Rectoris et incumbentis ibm vacan ad quam per Illustrissimam in Christo Principem et dnam nram
dnam Elizabeth, Dei gra Anglie ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensor &c ipsius Eccle parochialis
veram et indubitatam ut dicitur patronam presentatus existit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem
instituit et investivit et pertinentiis universis Juribus Archiepalibus Cantuarien et Epalibus Oxon Necnon
Eccle Cathedralis Oxon dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis et acceptata per eum Cura &c
Et Scriptum fuit universis et singulis Rectoribus vicariis &c racione pendentis visitationis &c
ad inducend eundem Thomam Blage &c

Heathe eclie po lib.
Institucio

Primo die Mensis Augusti Anno dni Millesimo Quingentesimo octogesimo Coram Magro
Henrico Jones Legum Doctore Surrogato Magri Willmi Awbrey Legum Doctoris &c
officio vicariatus in spualibus generalis &c venerabili Magro Willmo Clerk legum etiam doctore conitim
et divisim Ltime fungen ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclastica que ad Epum Oxon &c
Constitutus personalr Edmundus Taylor clericus ad Ecclesiam parochialem de Heath dict dioc &c
presentatus Articulis de quibus in Synodo Londonensi &c Consensum est Anno dni iuxta &c 1562 &c
ad tollend opinionum varietatem et confirmand vera consensum &c religionem manu sua propria
in presentia dci Magri Henrici Jones Subscripsit et tunc prestitit per eundem Edmundum Taylor Juramentum
de agnoscend supremam regiam potestatem in causis ecclasticis &c et de renunciand omnem forincecam &c
potestatem &c iuxta formam Statuti &c et quod nulla Simoniaca conventione vel pravitate interveniente
vel alio modo damnato vel prohibito &c se putavit procuravit Necnon de Canonica obedientia dno &c
Archiepo Cantuarien &c et loci ordinario &c Prefatus Magr Willelmus admisit eum ad dictam
Ecclesiam parochialem de Heath per mortem naturalem Willmi Hypley clerici ultimi Rectoris et
incumbentis ibm vacan ad quam per Illustrissimam in Christo Principem et dnam nram dnam &c
Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensor &c ipsius Eccle parochialis &c
veram et indubitatam ut dicitur patronam presentatus existit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de
eadem instituit &c in suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepalibus Cantuarien et Epalibus
Oxon Necnon Eccle Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuarien et Eccle Cathis Oxon &c
dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis Et acceptata per eum Cura &c Et Scriptum fuit &c
universis et singulis Rectoribus &c ratione visitationis &c ad inducend eundem Edmundum Taylor &c

Newton purcell eccie
Institucio

Primo die Mensis Septembris Anno dni Millesimo quingentesimo octogesimo &c
Coram Magro Henrico Jones legum doctore Surrogato Magri Willmi Awbrey legum Doctoris
officio vicariatus in spualibus &c venerabili Magro Willmo Clerk legum etiam doctore conitim et divisim ltime
fungen ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclastica que ad Epum Oxon &c Constitutus psonalr
Alanus Higinson clericus ad Ecclesiam parochialem de Newton purcell dict Oxon dioc presentatus

Articulis de quibus in Synodo Londonensi &c consensum est Anno dni iuxta &c 1562 Ad tollend opinionu varietatem &c Manu sua propria in pntia dni Magri Henrici Jones Subscripsit Et tunc prestito per eundem Alanum Higginson clicum Juramento de Agnoscend Supmam regiam ptatem in causis ecclasticis &c et de renunciand omnes foraneas ptat &c iuxta formam Statuti &c et qd Nulla Simoniaca conventione vel pravitate interveniente vel alio modo damnato vel prohibito &c se presentari procuravit &c Necnon de Canonica obedientia dno Archiepo Cantuarien &c et Loci ordinario &c Prefatus Magr Henricus Jones admisit eum ad dictam Ecclesiam parochialem de Newton purcell per privaconem Johannis Drewrys clici ultimi Rectoris et incumbentis ibm vacantem ad quam per Thomam Pate de Shellswell generosum ipius Eclie parochialis verum et indubitatum ut dicitur patronum putatus extitit Ipmque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit cu suis Juribus et pertinen universis Juribus Archiepalibus Cantuarien et Epalibus Oxon Necnon Eclie Cathedralis et Metropolitice xpi Cantuarien et Cathis Oxon dignitatibus et honoribus in oibus semper salvis Et acceptata per dnm Curia Arcu &c Scriptum fuit universis et singulis Rectoribus &c racione visitaconis &c ad inducend eundem Alanum Higginson &c

Shellswell Eclie Institucio

Primo die Mensis Septembris Anno dni Millimo quingentesimo octogesimo Coram Magro Henrico Jones legum doctore Surrogato Magri Willmi Awbrey Legum doctoris officio vicariatus in spualibus &c unacum Magro Willmo Clerk legum etiam Doctore contim et dim Ltime fungen Ad quos omnis et omnod Jurisdictio spualis et ecclastica quoad Epum Oxon &c Constitutus personalr Alanus Higgenson clicus ad ecclesiam parochialem de Shellswell dict Oxon Diocesis putatus Articulis de quibus in Synodo Londonensi &c consensu est Anno dni iuxta &c 1562 Ad tollend opinionu varietatem &c Manu sua propria in pntia dni Magri Henrici Jones Subscripsit Et tunc prestito per eundem Alanum Higgenson Juramento de Agnoscend Supremam regiam ptatem in causis ecclasticis &c et de renunciand omnes foraneas ptat &c iuxta formam Statuti &c et qd Nulla Simoniaca conventione vel pravitate interveniente vel alio modo dampnato vel prohibito &c se putari procuravit Necnon de Canonica obedia dno Archiepo Cantuarien &c et Loci ordinario &c Prefatus Magr Henricus Jones admisit eum ad dicta Ecclesiam parochialem de Shellswell per privaconem Johannis Drewrys clici ultimi Rectoris et incumbentis ibm vacantem Ad quam per Thomam Pate de Shellswell predict generosum ipius Eclie parochialis verum et indubitatum ut dicitur patronum putatus extitit Ipmque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit cum suis Juribus et pertinen universis Juribus Archiepalibus Cantuarien et Epalibus Oxon Necnon Eclie Cathedralis Oxon dignitatibus et honoribus in oibus semper salvis Et acceptata per dnm Curia Arcu &c Scriptum fuit universis et singulis Rectoribus &c racione visitaconis &c ad inducend eundem Alanum Higgenson &c

Waterstocke Eclie Institucio

Decimo quarto die Mensis Septembris Anno dni Millimo quingentesimo octogesimo Coram Magro Willmo Clerk Legum doctore officio vicariatus in spualibus &c unacum Magro Willmo Awbrey legum etiam Doctore contim et dim Ltime fungen Ad quos omnis et omnod Jurisdictio spualis et ecclastica quoad Epum Oxon &c Constitutus personalr Johannes Ryder clicus ad Ecclesiam parochialem de Waterstock dict Oxon Diocesis putatus Articulis de quibus in Synodo Londonensi &c consensum est Anno dni iuxta &c 1562 Ad tollend opinionu varietatem &c Manu sua propria in pntia dni Magri Willmi Clerk Subscripsit et tunc prestito per eundem Johem Ryder Juramento de Agnoscend regiam Supremam ptatem in causis ecclasticis &c et de renunciand omnes foraneas ptat &c iuxta formam Statuti &c et qd nulla Symoniaca conventione vel pravitate interveniente vel alio Modo damnato vel prohibito &c se putari procuravit &c Necnon de Canonica obedientia dno Archiepo Cantuarien &c et loci ordinario &c Prefatus Magr Willmus Clerk admisit eum ad dictam Ecclesiam parochialem de Waterstoke per Liberam et spontaneam resignaconem Roberti Harthrop clici Artium Magri ultimi Rectoris et incumbentis tunc vacan ad quam per Edwardum Cave de Bampton in Com Oxon Armigerum ipsius ecclie parochialis verum et indubitatum et Dictum Patronum presentatus existit ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepalibus Cantuarien et Epalibus Oxon Necnon ecclie Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuarien et ecclie Cathedralis Oxon Dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis Et acceptata per eum Cura etc Et Scriptum fuit universis et singulis Rectoribus vicariis etc ad inducendum eundem Johem Ryder etc.

Bre Reginae .

Elizabeth dei gra Anglie Francie et hibernie Regina fidei defensor etc Reverendissimo in Christo Patri Dno Edmundo miseracione divina Cantuarien Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano Salutem Volentes certis de causis quod Baron de Scaccario nostro per vos certiorentur utrum quidam Barthus Bussell clericus admissus et institutus fuit ad Rectoriam de Cuxham in Com nostro Oxon in Com nostro Oxon sive Jurisdictionis per vos et auctoritate vestra seu alia auctoritate quavis legitima et quos fructus et que Emolumenta eiusdem percepit et habuit et quamdiu illis fruebatur sive si spes adipiscendi eandem Rectoriam omnino frustrata existant qua racione occasione Materia causave quacumque eadem fini exigendum requirunt Vobis Mandamus quatenus diligenti indagine scrutatis Registris et aliis Archivis vestris Necnon omnibus aliis viis Mediis et Modis quibus melius sciveritis aut poteritis premissa concernentibus quibuscumque quicquid inde inveneritis Prefatis Baronibus nostris apud Westm in Quindena Sci Michis Archi prox futur Sub sigillo vestro authentico distincte luculenter et aperte in pergameno fideliter script certiorari reddatis unacum presentibus Teste Rogero Manwood Milite apud Westm octavo Die Junii Anno regni nostri vicesimo secundo

Fr. Flower Deput. Rememor. Hatton mil. R.

Reverendissimo in Christo Patri dno Edmundo miseracione Divina Cantuarien Archiepo totius Anglie primati et Metropolitano ad certiorand pro Regina xv^na Sci Michaelis Archi prox etc

Cer^m tangen Ecliam de Cuxham Oxon dioc

Honorabilibus viris Dominis Baronibus Curie Scaccarii Illustrissime in Christo principis et dne nre dne Elizabeth dei gra Anglie Francie et hibernie Regine fidei defensoris etc et eiusdem Curie Thesaurario Ceterisque in eadem assidentibus Willmus Aubrey et etc et Willmus Clerk legum Doctores officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepalis Cantuarien conjunctim et divisim legitime fungentes ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Epum Oxon sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacante Notorie dinoscitur pertinere Salutem in auctore salutis ac fidem indubiam presentibus adhiberi Vestris reverentiis tenore presentium Significamus et Notum facimus per presentes Quod scrutatis diligenter de Mandato vestro Registro principali Sedis Archiepalis Cantuarien Sub custodia Registrarii principalis eiusdem Sedis existen et fideliter custodit temporum etc et invenimus inter alia in eisdem Quod vicesimo quinto die Mensis Aprilis Anno dni Millimo Quingen^mo Septuagesimo septimo Barthus Bussell clericus in Brevi regio presentibus annexo Nominatus ad Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Cuxham in Com Oxon Dict Oxon dioc Cantuarque Provincie ut dicebatur de Jure tunc vacan ad presentationem dicte Illustrissime in Christo Principis et dne nre dne Elizabeth Regine etc ipsius Ecclie parochialis vere et indubitate ut pretendebatur iure devolut tunc Patrone admissus et institutus fuit Qui quidem Bartholomeus Bonsfeld sic admissus et institutus eadem Ecclia de Cuxham gavisus non fuit pro eo quod tempore admissionis et institutionis dci Bartholomei in Ecclia predicta eadem ecclia plena et consulta extitit de persona cuiusdam Johannis Pratte clerici Dictusque Johes Pratt Billam quandam sive querela transgressionis in Curia dne nre Regine de placitis Coram ipsa tenend protulit versus Stephanum Bonsfeld attornatum ipsius Barthi quia ipse Stephanus Decimo octavo Die Decembris Anno regni dce dne Regine Elizabeth nunc xx^o unum horreum ipsius Johis Pratt apud Cuxham in Com Oxon parcell dce Rectorie sive Ecclie parochialis de Cuxham existen Nomine dci Bartholomei ut dicebatur ingressus fuerit ac ac querelam suam predicta versus ipm Stephanum Bowsfeild prosequutus est in eadem Curia dce Dne nre Regine Ac postea coram Willmo Aylyff uno Justiciarior dce dne Regine ad plita coram ipa tenend assignat et ffrancisco Wyndham uno Justiciar ipius Dne Regine de Banco ac eciam dne Regine Justiciarijs ad Assisas in Com Oxon capiend Assignat per Juratores in ea parte impanellat culpabilis de transgressione pred inventus et adiudicatus fuit Cuius obtentu Dictus Johes Pratt eandem ecclesiam sive Rectoriam de Cuxham ac possessionem suam in eadem Recuperavit et evicit Dictusqz Barthus Bowsfeild in eadem Ecclia seu Rectoria Nullum Jus habuisse Declaratus fuit Dictusqz Johes Pratte eandem ecclesiam parochialem de Cuxham in statu suo pristino continue citra possedit Et sic possidet in pnti Que omnia et singula ita se habere et vera esse vris reverentijs Notum facimus per psentes In cuius rei testimonium quo in hac parte vtimur psentibus apponi fecimus Dat London decimo septimo die mensis Novembris Anno dni Millimo quingentesimo octogesimo

Relaxatio Inhibitionis fact Archino Oxon

Willm Awbrey et Willm Clerk legum doctores officio vicariatus in rebus spualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepalis Cantuarien com et dicte Sedis iuribus ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclastica que ad Epm Oxon Sede plena pertinuit ipa Sede iam vacan notorie dinoscitur pertinere Dilco Nobis in Xpo Dno Archino Oxon seu eius officiali salutem in auctore Salutis Cum Nos nuper Civitatem et Dioces Oxon Clerumqz et populum in eisdem degen sive residen Jure ordinario visitare statuentes Vobis inhiberi fecerimus ne pendente visitacione nra ordinaria hmoi Ecclias aut alia loca Clerumqz et populum Archinatus vri Oxon visitare ea que sunt Jurisdiccionis ecclastice aut quicquam aliud in preiudicium visitacionis nre hmoi quovismodo attemptare presumeretis sub pena contemptus Nos nihilominus ex certis causis rationabilibus et legitimis Nos in hac parte specialr moven Inhibicionem nram predictam quoad Vos et Jurisdiccionem vram ad pns duximus relaxand ut ipi Jurisdiccionem vram Archidiaconalem et Archinat vram Oxon pred libere et licite exercere seu exerceri facere possitis et valeatis Licenciam et facultatem vobis concedimus et impertimur per psentes Inhibicione pred vobis vt premittitur auctoritate nra facta in aliquo non obstan salua nihilominus et reservata Nobis et Commissarijs nris prefato et aliis quascumqz causas Lites et querelas inter quoscumqz Subditos dict Oxon Dioc tam ad quarumcumqz partium instancias quam etiam ex officio mero hactenus inchoatos et inceptas et adhuc pendentes indecisas quam etiam imposterum ante vicesimum quintum diem pntis mensis Decembris incipiendas et inchoandas audiend examinand discutiend et finaliter terminand Necnon Crimina et delicta quorumcumqz subditorum dict Dioces Oxon in visitacione predicta comperta denunciat et detect Corrigend et reformand ac quascumqz censuras ecclasticas in et circa premissa canonice fulminand psentibus Lris nris ac contentis in eisdem in aliquo non obstan In cuius rei testimonium Sigillum quo in hac parte vtimur psentibus apponi fecimus Dat London decimo quinto die decembris Anno dni Millmo quingenmo octogesimo

Lra missa Dno Oxon de priuato consilio

After or hartie comendacions whereas we have Dyrected or Lres vnto you for the releasyng of a vysytacion graunted by you to certeyne persons in the Dioces of Oxon as also for the not severing of the Courte of Custos spualitatis from the Archdeaconrye there you have already proceded to the releasyng of the vysytacion and do mynde to contynewe both the Jurisdictions in the persone of one man being Archdeacon or his offycyall in his absence We have bene synce informed that yf one person shuld exercyse all Acts of Jurisdiction and and keepe all Courts in the onely name and righte of the Archdeacon it wold be verye inconvenient aswell in respecte of due reformacion to be had by way of Appeales when occasion shall so fall out as also be preiudiciall to the Bysshopp in tyme for by confoundyng both the Jurisdictions the Bysshopp shall hardly knowe what properlye belongeth vnto his chardge Wherefore we have thought good notwithstanding or former Lres to requyre you to take care & vse sufficient meanes to avoyde these and such like inconvenience by yor Lawfull Deputacion of some other hable persone for the exercyse of the office of custos spiritualitatis least otherwyse the dioces be muche troubled in theyr necessarye appeales and both the Jurisdictions be confounded or at the least the Busshoppes rightes be muche encombred by questions and quarrells which thereby may easely growe And so not doubting but that you will have due consideracion hereof we bidd you hartely fare well ffrom the Courte the viijth of January 1580 Your Loving ffrende T Bromley canc. W. Burghley. E. Lyncoln. R. Leycester. H. Hunsdon. ffr: Knolls. James Crofte.

Citatio Johannis Kennall Archidiaconi Oxon.

Decimo septimo die mensis Maij Anno Domini 1583 coram venerabili viro magistro Willelmo Aubrey legum doctore officio vicariatus generalis fungente auctoritate qua [illegible] spiritualis et ecclesiastica etc. ad Episcopum Oxon sede plena etc. iam vacante notorie dignoscitur pertinere. Constitutus personaliter Robertus Smith clericus artium magister ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Steple Barton dicte Oxon dioc Cantuariensis provincie legitime presentatus Articulis de quibus in Synodo London cum assensu Archiepiscoporum Episcoporum et cleri utriusque provincie Cant et Eboracen consensum est Anno Domini 1562 ad tollendam opinionum varietatem et confirmandam veram uniformem circa religionem Regia auctoritate et assensu publicatis manu sua propria in presentia mea ante admissionem suam ad dictam vicariam perpetuam subscripsit. Et tunc prestito per eundem Robertum Smyth juramento non solum de agnoscenda Regia suprema potestate in causis ecclesiasticis et temporalibus etc. et de renun-

Steple Barton vicarie Institutio

ciand

ord' iuramento prestito &c ac de continua et personali residend' &c iuxta constituciones &c Et q[uo]d nulla Symoniaca convencio seu pactio illicita intervenit &c se ponitur petivit necnon de Canonica obed[ienci]a d[omi]no Archiep[iscop]o Cant' moderno et Successoribus suis ac loci Ordinario pro tempore existen' p[re]fatus mag[iste]r Willelmus Aubrey admisit eund' ad d[i]c[t]am vicariam perpetuam eccl[es]ie p[ar]ochialis de Stepole Barton p[re]dict' p[er] liberam et spontaneam resignac[i]o[n]em Petri Lewes ultimi vicarij ibidem vacan' Ad quam per Justinianum Champneis Armigerum ip[s]ius vicarie perpetue verum et indubitatum (ut dicitur) patronum presentatus extitit. Ipsumque vicarium perpetuum instituit in eadem et de eadem instituit Canonice et investivit in suis iuribus et p[er]tinen' universis Juribus Archiep[iscop]alibus Cant' et Ep[iscop]alibus Oxon' Necnon Eccl[es]ie Cathedralis Oxon' dignitatibus et honoribus in o[mn]ibus semper salvis. Atque acceptata per eundem cura animarum &c scripsit d[omi]no Archino Oxon' sive eius Officiali &c ad inducend' eund' Robertum Smyth &c &c

---

Unio vicariar[um] de Sandforde et Stepole Barton Oxon' Dioc'

[illegible]

Willelmus Aubrey legum Doctor officio vicariatus in spiritualibus generalis et Officialitatis principalis Sedis Archiep[iscop]alis Cant' l[egi]time fungens, Ad quem o[mn]is et o[mn]imoda Jur[isdicti]o spiritualis et ecclesiastica que ad Ep[iscop]um Oxon' Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacan' notorie dignoscitur pertinere Dilecto nobis in Xpo Roberto Smyth Artium magistro vicario perpetuo vicarie perpetue eccl[es]ie p[ar]ochialis de Sandford dicte Oxon' Dioc' Cant' provincie Salutem in D[omi]no sempiternam Cum vicarie perpetue eccl[es]ie p[ar]ochialis de Sandford p[re]dict' fructibus redditibus et proventibus valorem annuum septem librarum iiij s. legalis monete Anglie non excedentibus adeo tenues et exiles existant, ut ad congruam sustentac[i]o[n]em vicarij ibidem pro tempore existentis aliorumque onerum eidem incumbentium supportac[i]o[n]em minime sufficiant nec sufficere possint in futurum Cumque etiam vicaria perpetua eccl[es]ie p[ar]ochialis de Stepole Barton vacans dict' Dioc' et provincie p[er] liberam et spontaneam resignac[i]o[n]em Petri Lewes ult' vicarij ibidem in ... quam per Justinianum Champneis Armigerum ip[s]ius vicarie perpetue verum et indubitatum patronum l[egi]time presentatus existis, vicarie perpetue de Sandford p[re]d' admodum vicina et contigua existat, necnon valorem annuum vij li. xvs. iiij d. non excedat, propter has et alias causas coram nobis expositas et per nos debite approbatas, p[re]fat' vicariam de Sandford cum suis iuribus et p[er]tinen' universis p[re]fat' vicarie perpetue eccl[es]ie p[ar]ochialis de Stepole Barton p[re]dict' durante tua incumbentia in eadem et quamdiu fueris vicarius ibidem et non ultra auctoritate nostra Ordinaria qua in dicta Dioc' Oxon' Sede Ep[iscop]ali ibidem iam (ut p[re]fertur) vacan' utimur, unimus annectimus et incorporamus per presentes. Ita quod tu p[re]fata vicaria de Sandford unacum d[i]c[t]a vicaria de Stepole Barton unius tantummodo beneficij no[m]i[n]e quamdiu fueris vicarius ibidem retinere, fructusque redditus et proventus utriusque vicarie p[re]d' debit' et congruis earundem respective eccl[es]iarum supportatis oneribus in tuos usus et utilitatem convertere et applicare libere et licite possis et valeas auctoritate p[re]d' tecum dispensamus per presentes Canonicis constitutionibus in contrarium factis in aliquo non obstantibus Juribus Archiep[iscop]alibus Ep[iscop]alibus et Archidiaconalibus semper salvis et reservatis. **In cuius** rei testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat' London' Decimo septimo die mensis Maij Anno D[omi]ni Millesimo Quingentesimo Octogesimo tertio/

Commissio ad admittendum Robertum Wirrall ad curam de Enysham Oxon' Dioc'

Willelmus Aubrey legum Doctor officio vicariatus in spiritualibus generalis et Officialitatis principalis Sedis Archiep[iscop]alis Cant' l[egi]time fungens Ad quem o[mn]is et o[mn]imoda Jur[isdicti]o spiritualis et ecclesiastica que ad Ep[iscop]um Oxon' Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacan' notorie dignoscitur pertinere Dilecto nobis in Xpo m[agist]ro Griffino Lloyd legum Doctori Salutem in D[omi]no sempiternam Cum Nobis ex fidedigna relac[i]one acceperimus Curam p[ar]ochie de Enysham dict' Oxon' Dioc' Cant' provincie iamdiu l[egi]time vacaverit et vacet in presenti Ad quam quidem curam p[ar]ochie vacan' quidam Robertus Wirrall

Clericus per strenuum virum Edwardum ffitton militem patronum eiusdem pro hac vice verum et indubitatum (ut asseritur) patronum nobis presentatus existit ad admittendum ipsum eundem Robertum Nevall ad [illegible] portionem de [illegible] predictam (ut premittitur) vacantem modo et forma moribus et ordinibus iconicis requisitis ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis rite et canonice instituendum ac in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem ecclesie iuriumque et pertinentium suorum universorum induci mandandum et faciendum curamque et regimen animarum parochianorum ibidem ei in Domino committendum necnon Iuramentum tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus et de renunciando refutando et recusando omnem et omnimodam iurisdictionem auctoritatem et superioritatem forenseas iuxta vim formam et effectum statuti parliamenti huius inclyti regni Anglie in ea parte editi et provisi quam de canonica obedientia Domino Archiepiscopo Cant. moderno et successoribus suis ac loci ordinario pro tempore existentibus in omnibus licitis et honestis mandatis per eum prestandum et exhibendum necnon etiam quodcumque aliud Iuramentum licitum et honestum ac de iure legibus et Statutis huius regni Anglie in ea parte requisitum ab eodem Roberto Nevall rite et ante omnia recipiendum Acetiam eundem Robertum Nevall articulis de quibus in Synodo Londoniensi de consensu Archiepiscoporum Episcoporum et Cleri utriusque provincie Cant. et Eboracensis convenit consensum est Anno Domini iuxta etc. 1562 ad tollendam opinionum varietatem et confirmandum consensum verum uniformem vere religionem regia auctoritate et assensu publicatis manu sua propria in presentia tua ante admissionem suam subscribere et assensum suum eis prebere rite et ante omnia videndum ac literas testimoniales dicto Roberto Nevall faciendum et concedendum Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Tibi vices nostras committimus ac plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem Volentes quod de omni eo quod in premissis feceris Nos aut alium Iudicem in hac parte competentem quemcumque citra festum sive diem Sancti Johannis Baptiste proxime futurum post datum presentium sub forma authentica clausis certiores facere cures prout decet Salvis tamen et reservatis nobis ac Officiariis et ministris nostris et dicte Sedi Archiepiscopali Cant. omnibus et singulis feodis proficuis comoditatibus et emolumentis quibuscumque ratione admissionis institutionis et inductionis huiusmodi quoquo modo debitis et competentibus his literis nostris commissionalibus ac contentis in eisdem in aliquo non obstante

In cuius Rei testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat. decimo octavo die mensis Maii Anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo tertio.

Emanavit similis Commissio facta nostro Griffino Lloyd legum Doctori sub dat. octavo die Junii Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octogesimo tertio ad admittendum Richardum Clerke Clericum in artibus Bacchalaureum ad ecclesiam de Rotherfield Peppard Oxon. Dioc. vacantem per mortem ultimi incumbentis etc. ad certificandum citra festum sive diem Frideswide virginis proxime futurum.

Rotherfield Peppard

finis vacacionis

Registro sede episcopali Exon vacante per obitum bone memorie domini Willelmi [illegible] ultimi episcopi ibidem tempore vacacionis [illegible] reverendissimi in Christo patris domini [illegible] Cantuar archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani [illegible]

Willelmus Awbrey et Willelmus Clerke legum doctores officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis Curie de Arcubus [illegible] legitime fungentes ad quos custodia omnium spiritualium [illegible] Cantuar [illegible] dinoscitur pertinere. **Dilectis** nobis in Christo magistris Willelmo Marston ecclesie cathedralis Exon precentori, Thome [illegible] sacre theologie baccalaureo [illegible] canonico in eadem ecclesia Exon predicte et Stephano Townesend sacre theologie baccalaureo ecclesie cathedralis Exon predicte canonico et prebendario salutem in Domino sempiternam. **Cum** omnis et omnimoda jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad episcopum Exon (dum pro tempore fuerit) ecclesie cathedralis et metropolitice Christi Cantuar suffraganeum sede episcopali Exon plena spectabat, eiusque [illegible] ad nos dictis officiis vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis [illegible] fungentes dicte ecclesie cathedralis et metropolitice Christi Cantuar nomine de jure privilegiis prerogativa et consuetudine hactenus inconcusse usitatis et observatis legitimeque prescriptis pacifice et quiete pertinere dinoscuntur. **Nos** de vestris sana doctrina, fidelitate, conscientie puritate et circumspectionis industria in hac parte plurimum freti, vos [illegible] nominamus et deputamus [illegible] de jure possumus delegatos et commissarios nostros in et per civitatem et dioc. Exon predict. constituimus et deputamus, vobisque [illegible] committimus et [illegible] magistro Willelmo Marston [illegible] ad infrascripta committimus per presentes. **Ad cognoscendum** igitur procedendum statuendum et diffiniendum in omnibus et singulis causis et negotiis ecclesiasticis quibuscumque in dictis civitate et dioc. Exon tam ex officio mero, mixto vel promoto quam ad quarumcumque partium instantiam sive promotionem [illegible] motis, inchoatis et pendentibus aut imposterum movendis et intentandis, eaque et eorum [illegible] cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis et connexis quibuscumque (citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni Anglie, et quatenus leges et statuta huiusmodi permittunt, et non aliter neque alio modo) audiendum discutiendum et fine debito terminandum. **Necnon** ad inquirendum seu inquiri faciendum de et super quorumcumque subditorum tam clericorum quam laicorum civitatis et dioc. Exon predict. criminibus excessibus et delictis quibuscumque hactenus commissis vel imposterum committendis quorum correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de jure vel consuetudine aut huius Regni Anglie legibus et statutis (citra tamen offensam legum et statutorum dicti Regni Anglie) poterint pertinere. **Ac criminosos** culpabiles et delinquentes quoscumque in ea parte tam clericos quam laicos condignis penis, etiam si opus sit ad beneficiorum dignitatum et officiorum suorum privationem, [illegible] atrocitas ita exposcerit, [illegible] et [illegible] ecclesiarum et locorum quibus assunt, sive suspensionem vel quamcumque aliam congruam et competentem coercionem ecclesiasticam puniendum et corrigendum atque ad [illegible] modis omnibus quibus id melius poteritis reducendum. **Testamenta** insuper et ultimas voluntates quorumcumque infra dictas civitatem et dioc. Exon decedentium quorum probatio et approbatio ad episcopum Exon sede plena noscuntur pertinere approbandum et insinuandum, administrationemque bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum ab intestato sive per viam intestati etiam decedentium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis et aliis personis quibus de jure et statutis huius Regni Anglie committi debeant in debita juris forma concedendum et committendum. **Atque** etiam in omnibus casibus a jure et statutis huius Regni Anglie permissis et approbatis bona quorumcumque in dictis civitate et dioc. Exon decedentium sequestrandum seu sequestrari faciendum. **Ac computum** calculum sive ratiocinium executorum sequestratorum et administratorum huiusmodi exigendum audiendum examinandum et admittendum. **Ac computantes** huiusmodi ab —

Commissio [illegible] Exon

ulteriori computo sive raciocinio in hac parte reddendo (prout Juris fuerit et equitatis) absolvendum et finaliter dimittendum. **Necnon** clericorum et beneficiatorum quorumcumque infra dictas Civitatem et diocesim Exon tam pro ordinibus quam beneficiis per eos adeptis literas et munimenta quecumque exigendum et recipiendum, eaque et ea diligenter examinandum et discuciendum, et si quos non sufficienter munitos in ea parte compertos fuerint ab officiis et beneficiis dimittendum, et pro non munitis pronunciandum et declarandum. **Sinodosque** et Capitula tam generalia quam specialia Cleri et populi huiusmodi pro correccione commissorum aut reformacione quarumcumque habendum convocandum et celebrandum, ac ea cum suo debito terminandum et dimittendum, ac contumaciter absentes per ultima Juris remedia coercendum et puniendum. **Clericos** insuper quoscumque coram quibuscumque Judicibus sive Justiciariis secularibus domine nostre Regine super felonia quacumque infra dictas Civitatem et diocesim Exon irretitos, indictatos sive convictos examinandum et approbandum, eosdemque ad beneficium clericale iuxta leges et Statuta huius Regni Anglie recipi et admitti petendum et requirendum, omnemque et omnimodam Jurisdiccionem et possessionem dicte Sedis Archiepiscopalis Cantuar continuandum, ac dicte Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar nomine conservandum. **Alium** insuper seu alios in premissis et circa quolibet loco vestro aut alicuius vestrum quociens opus fuerit substituendum, ac eis seu eorum cuilibet vices vestras circa premissa in omnibus locis eorundem Civitatis et diocesis Exon quociens opus fuerit committendum ac Substitutos huiusmodi ad vestrum arbitrium revocandum. **Et generaliter** omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vobis tribus coniunctim, et prefato magistro Willelmo Marston per se divisim vices nostras committimus, cum cuiuslibet congrue et legittime coercionis potestate ad nostrum beneplacitum duratur. **Volumus** nihilominus quod vos aut aliquis vestrum auctoritate presentis Commissionis nostre nullam feratur Sententiam diffinitivam vel quasi, ante vicesimum diem mensis Augusti proxime futurum post datum presentium. Literis nostris Commissionalibus aut contentis in eisdem in contrarium facientibus in aliquo non obstantibus. **Et quoniam** nostrum est pro officii nostri debito vigilanter prospicere ut boni, fideles, digni et idonei operarii in vinea domini mittantur, Collaciones quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum dictarum Civitatis et diocesis Exon vacancium et vacaturorum, necnon personalem examinacionem approbacionem, admissionem et institucionem quorumcumque clericorum ad quecumque beneficia ecclesiastica dictarum Civitatis et diocesis, durante vacatione Sedis Episcopalis Exon predicte presentandorum nobis specialiter reservamus. Aliquibus literis nostris Commissionalibus aut aliquo in eisdem content' in contrarium faciend' non obstantibus quibuscumque. **Assumpto** vobis et Substitutis vestris huiusmodi uni vel pluribus dilecto nobis in Christo Johanne Incent notario publico Sedis Archiepiscopalis Cantuar Registrario principali vel eius in hac parte deputato in Registrarium et actorum vestrorum Scribam in hac parte durante hac nostra Commissione. **Mandando** nihilominus quod de omni eo quod per vos aut Substitutum sive Substitutos vestros vigore et auctoritate Commissionis nostre huiusmodi actum gestum vel expeditum fuerit, nos aut Sedis Archiepiscopalis Cantuar officialem principalem et vicarium in spiritualibus generalem cum ad hoc congrue fueritis requisiti per literas vestras patentes manu autentica conscriptas acta et processus sub vestris complectentes debite certificetis prout decet. **In cuius** rei testimonium Sigillum officii nostri presentibus apponi fecimus. **Dat** London tercio die mensis Julii Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Octavo.

Chagford Rectorie Institutio

Octavo die mensis Julii Anno Domini millesimo Quingentesimo Septuagesimo octavo.

coram magistro Willelmo Drurey legum doctore officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuar' una cum magistro Willelmo Clerke legum etiam doctore conjunctim et divisim legittime fungen'. Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon' Sede plena pertinuit, ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere, constitutus personaliter Johannes Stoughton clericus, presentatus ad ecclesiam parochialem de Shagford Exon' dioc' perlectis articulis de quibus in Synodo London' etc. manu sua propria in presentia dicti magistri Willelmi Drurey subscripsit, Et tunc prestito per eundem Johannem Stoughton Juramento de agnoscendo Regiam supremam potestatem etc. et de renunciando omnimode forane potestati etc. Et quod nulla Simoniaca pactione vel pravitate intervenient vel alio modo dannato et prohibito etc. se presentari procuravit etc. ac etiam de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cant' etc. et loci ordinario etc. prefatus magister Willelmus Drurey admisit eum ad dictam ecclesiam parochialem de Shagford modo legittime ut dicitur vacantem Ad quam per Illustrissimam dominam nostram dominam Elizabeth dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Reginam etc. ipsius ecclesie patronam presentatus existit, ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus etc. semper salvis Et acceptata per eundem Johannem Stoughton Cura etc. Dominus ad eius petitionem decrevit Robertum ffisher clericum Rectorem pretensum dicte ecclesie citandum fore ad proximum post etc. ad dicendum causam quare dictus Johannes Stoughton sic ut prefertur admissus etc. induci non debeat etc. cum intimatione etc. /. ~ . /. ~ . /. ~ . /. ~ . /. ~ ./.

Decimo die mensis Julii Anno domini millesimo Quingentesimo Septuagesimo octavo. Coram magistro Henrico Jones legum doctore Surrogato venerabilis viri magistri Willelmi Drurey legum etiam doctoris officio vicariatus etc. una cum magistro Willelmo Clerke legum etiam doctore conjunctim et divisim legittime fungentis Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon' Sede plena pertinuit etc. constitutus personaliter Jeronimus Shaxton clericus ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Payngton dicte Exon' dioc' perlectis articulis de quibus in Synodo London' etc. concluss' est Anno domini iuxta etc. 1562 ad tollendum opinionum varietatem et confirmandum veram unitatem vere Religionis etc. manu sua propria in presentia dicti magistri Henrici Jones subscripsit. Et tunc prestito per eundem Jeronimum Shaxton Juramento de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis etc. et de renunciando omnimode forane potestati etc. iuxta formam Statuti etc. et quod nulla Simoniaca pactione vel pravitate intervenient vel alio modo dannato et prohibito etc. se presentari procuravit etc. ac etiam de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cantuar' etc. et loci ordinario etc. prefatus magister Henricus Jones admisit eum ad dictam vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Payngton predicte iam legittime vacantem. Ad quam per Illustrissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. dicte vicarie patronam veram et indubitatam ut dicitur presentatus existit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus etc. semper salvis. Et acceptata per eum cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Exon' seu eius officiali ad inducendum etc. /. ~ . /. ~

Paington vicarie Institucio. /

ac etiam de continue et personaliter residendo in dicta vicaria perpetua etc.

Undecimo die Julii Anno domini predicto in camera magistri Willelmi Clerke legum doctoris infra hospitium Advocatorum de Arcubus London' etc. ac coram eodem magistro Willelmo Clarke officio vicariatus etc. fungente etc. in presentia mei Thome Blackmore notarii publici etc. /. ~ . /. ~ . /. ~ . /. ~ . /. ~ ./.

Quibus die et loco comparuit personaliter magister Johannes Coudyler et exhibuit

Debuit facere concessionem literarum [illegible] fructuum [illegible] de [illegible]ington

Dne nre Regine exhibuit et presentavit liras quasdam patentes Regias ex Curia Regia emanatas et Sigillo Regio viridi cera impressas Reverendissimo patri Dno Cantuarien Archiepo et nobis eius vicario in Spualibus generali directas, ad sequestrand fructus, decimas, commoditates, oblationes, pensiones, portiones, et alia Emolumenta quecumque spectan et pertinen Rectorie de Aisheprington Exon dioces etc. Unde literis huiusmodi lectis et contentis in eisdem consideratis Dns ob honorem dicte Dne nostre Regine decrevit omnes et singulas decimas, fructus, commoditates etc. spectan et pertinen Rectorie Ecclesie parochialis de Aisheprington predict sequestrandas, et in manus Dne nostre Regine seisiand, ipsosque sequestravit, et seisiavit, in manus ipsius Dne Regine; et commisit custodiam et collectionem eorundem Willmo Somaster de Paynsford in Com Devon Armigero, et Edwardo Harris de Cornworthy in dict Com etiam armigero et Edwardo Larkington de Aisheprington generoso coniunctim et divisim, eosque Collectores et Receptores decimarum et fructuum predict durante suo bene placito assignavit et constituit.

Breve Regine pro sequestracione fructuum ecclie de Aisheprington Exon diocese

Elizabeth Dei gratia Anglie Ffrancie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri Dno Edmundo miseratione divina Cantuarien Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio Spualis et ecclesiastica que ad Epum Exon Sede plena pertinuit, ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere eiusve vicario vel vicariis in spualibus general Salutem. Quoniam Thomas Jeffrys clericus Rector ecclie parochialis de Aisheprington in Com nostro Devon tenetur nobis per fideiussores suos in triginta libris legalis monete Anglie pro solutione xxvi li. xiii s. iiii d. ob. pro secunda tertia et ultima solutionibus primitiarum Rectorie de Aisheprington ad tres separales vices per tria Scripta sua obligatoria in custodia Rememoratoris primitiarum et decimarum Cleri nostri remanen plenius apparet. Cumque datum est nobis intelligi quod prefatus Thomas reddit proficua et emolumenta ecclesiastica dicte Rectorie spectan et pertinen minime recipere aut habere potest aut potuit in retardatione debiti nostri predict, quo minus predict primitias idem Thomas ad Scaccarium nostrum persolvere minime valeat aut queat. Nos vero huiusmodi supplicationibus favorabiliter inclinati, et remedium congruum sibi inde fieri volentes, ac de fidelitate, discretione, et circumspectione vestra quamplurimum confidentes, assignavimus vos, et nihilominus volumus et mandamus quod immediate post visum huius Commissionis nostre sequestretis, et in manus nostras seisiri faciatis omnia et singula reddit, reventiones, exit, profic, fructus, commoditates, decimas, oblationes, pensiones, portiones, et alia Emolumenta quecumque eidem Rectorie de Aisheprington quoquo modo spectan et pertinen in quorumcumque manibus, possessione, seu occupatione illa vel eorum aliqua modo existunt aut in posterum existent, publicetis et declaretis hanc Commissionem nostram mandatam factam talibus temporibus locis et personis huiusmodi prout vobis magis videbitur expedire. Ac insuper petatis, exigatis, levetis, colligatis et in manus nostras recipiatis a quibuscumque tenentibus, firmariis, et occupatoribus dicte Rectorie predict omnia redditus, reventiones, exitus, proficua et alia quecumque commoda et Emolumenta eidem Rectorie quoquo modo spectan et pertinen prefato Thome ac ad usus et commoda sua, Illaque omnia et singula et quamlibet inde parcellam insimul aut separatim in usus et Emolumenta eiusdem Thome reponatis et servetis omnino. Bona vero et Catalla si que forte fuerint pretio maiori commodo ipsius Thome vendantur. Ceteraque omnia et singula que de iure exigere poteritis pagata quo predict reddit profic et emolumenta ecclesiastica ad manus prefati Thome pervenerint quibus de dict primitiis nobis prefatus Thomas abunde satisfacere queat. Huiusque mandati

nostro exeq

nostro [illegible] existetis donec aliud inde vobis scripserimus. **Assignavimus** [illegible] constituimus vos aliquos discretos ac boni nominis viros qui nobis approbati et [illegible] fideles, Collectores et receptores in premissis, vobis iubentes ut reddatis Baronibus nostris [illegible] in Quindena Sancti Martini [illegible] et [illegible] in premissis [illegible] Baronibus [illegible] Commissionis nostre. **Damus** autem tenore presentium in mandatis omnibus et singulis Maioribus, vicecomitibus, Justiciariis, Ballivis, Constabulariis, et aliis [illegible] obedientes, auxiliantes, assistentes sint et intendentes prout decet. **In cuius** rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste Willelmo Cecill, milite, domino Burghley, Magno Thesaurario Anglie vicesimo die Julii Anno Regni nostri vicesimo. [illegible]

Deputat' [illegible] Hatton militis

Willelmus Awbrey et Willelmus Clarke

Legum doctores officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis [illegible] fungentes. **Dilectis** nobis in Christo Willelmo Cromer de Tunstall in Comitatu Kancie Armigero, Edwardo [illegible] de [illegible]worth in eodem Comitatu etiam Armigero, et Edwardo [illegible] de [illegible] in Comitatu predicto generoso Salutem in auctore salutis. **Cum** nos auctoritate [illegible] presentibus [illegible] mandatum [illegible] Illustrissime domine nostre Regine nobis in hac parte factum omnia et singula proventus, redditus, reventiones, fructus, decimas, oblationes, pensiones, portiones, et alia emolumenta ecclesiastica quecumque [illegible] quoquomodo spectantia et pertinentia, in quorumcumque manibus [illegible] possessione [illegible] vel eorum aliqua modo existunt vel in posterum existent, ex [illegible] in eodem [illegible] auctoritate dicte domine nostre Regine [illegible] sequestravimus et in manibus domine Regine [illegible] prout etiam [illegible] sequestramus et in manibus domine Regine [illegible], ac vos collectores et custodes eorundem assignavimus et deputavimus. **Ad** [illegible] igitur et [illegible] sequestrum [illegible] auctoritate regia [illegible] temporibus locis et personis quibus vobis [illegible] videbitur expedire, necnon ad petendum, exigendum, levandum, colligendum et in manibus vestris recipiendum a quibuscumque tenentibus, firmariis, et occupatoribus [illegible] omnia redditus, reventiones, [illegible] commoda et emolumenta [illegible] quoquo modo spectantia et pertinentia [illegible], ac ad [illegible] illaque omnia et singula et quamlibet inde [illegible] in [illegible] et omnino [illegible], ac insuper bona et [illegible] que forte fuerint [illegible] de ipsius [illegible] **Ceteraque** omnia et singula que de iure [illegible] et [illegible] et [illegible] domine Regine predicte [illegible] de se exigunt et [illegible] faciendum et peragendum donec et quousque aliud inde a nobis habueritis in mandatis. **Ad** que omnia et singula [illegible] nobis [illegible] domine Regine [illegible] committimus [illegible] nostras. **Volentes** [illegible] de [illegible] ad [illegible] vigore et [illegible] sequestri nostri, mo[illegible] domine Regine fidelem, nobis [illegible] debite [illegible] in hac parte nostra debite [illegible] non [illegible] sub [illegible] incumbenti. **In cuius** rei testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. **Dat'** [illegible] die mensis Julii Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo, Octavo.

Sequestracio fructuum [illegible] de [illegible] [illegible] Dioc[illegible]

Ervin Rectorie Institucio

Duodecimo die mensis Julii Anno domini millesimo Quingentesimo Septuagesimo Octavo coram magistro Willelmo Clerke legum doctore officio vicariatus in spiritualibus una cum magistro Willelmo Awbrey legum etiam doctore communiter et divisim legitime fungente Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon. Sede plena pertinuit et pertinet constitutus personaliter Degorius Nicolls clericus sacre Theologie Baccalaureus ad ecclesiam parochialem de Ervyn dicte Exon. diocesis subscribens articulis de quibus in Synodo London. consensum est Anno domini juxta computationem ecclesie Anglicane 1562 ad tollendam opinionum varietatem etc manu sua propria in presentia dicti magistri Willelmi Clerke subscripsit. Et tunc prestito per eundem Degorium Nicolls Juramento de agnoscendo Regiam Supremam potestatem in causis ecclesiasticis etc et de renunciando omnique forinsece potestati etc juxta formam Statuti etc et quod nulla Simoniaca conventione vel pravitate intercedente vel alio modo damnato et prohibito etc se fuerit presentatus etc necnon de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cantuariensi etc et loci Ordinario etc prefatus magister Willelmus Clerke admisit eum ad dictam ecclesiam parochialem iam legitime vacantem. Ad quam per Illustrissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabeth Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc ipsius ecclesie parochialis veram et indubitatam ut dicitur patronam fuerat presentatus, Ipsumque Rectorem eiusdem etc ac in et de eadem instituit etc cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archidiaconalibus etc semper salvis. Et acceptum per eum curam etc scriptum fuit Archidiacono Cornubie aut alii cuicumque potestatem habenti etc pro inductione eiusdem Degorii Nicolls etc.

Sequestracio fructuum ecclesie de Fforabury Exon. diocesis

Willelmus Awbrey et Willelmus Clarke Legum doctores officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Curie Archiepiscopalis Cantuariensis legitime fungentes, Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon. Sede plena pertinuit, ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere. **Dilectis** nobis in Christo Rogero [illegible] armigero de [illegible], et Roberto [illegible] yoman de [illegible] Exon. dioc. Cant. provincie Salutem. **Cum** ut ex fide digna relatione acceperimus Rectoria sive ecclesia parochialis de Fforabury in Comitatu Cornubie dicte Exon. diocesis Cant. provincie per mortem naturalem ultimi incumbentis ibidem vacua existit et Rectore iam destituta, Cura animarum ipsius ecclesie parochialis in divinis officiis peragendis insufficienter existit, prout etiam de verisimili erit in futurum, nisi de remedio aliquo in hac parte congruo provideatur. **Nos** igitur volentes Jura ipsius ecclesie ut debent conservari, sed quantum ex officii nostri debito quatenus in nobis est subvenire volentes, omnes et singulos fructus, decimas, redditus, proventus, obventiones, commoditates et cetera emolumenta quecunque ad dictam Rectoriam sive ecclesiam parochialem quomodolibet spectantes et pertinentes ex officio nostro duximus sequestrandos et huiusmodi sequestri nostri custodiam vobis communiter et divisim committendam Justicia ita exigente prout etiam sic sequestramus et vobis communiter et divisim committimus per presentes. **Ad publicandum** igitur huiusmodi Sequestrum nostrum sic per nos interpositum omnibus et singulis quibus interest in hac parte, necnon ad colligendum, levandum, recipiendum et excipiendum omnes et singulos fructus, decimas, redditus, proventus, obventiones, commoditates et cetera Emolumenta quecunque ad dictam Rectoriam sive ecclesiam parochialem quoquomodo spectantes et pertinentes, Eademque et ea sic collecta levata et recepta sub salvo et tuto sequestro custodiendum et conservandum, ac que temporis mora de verisimili futura sunt deteriora ipso periculo

alienandum et

alienand' et venditioni exponend'. **Atque** de collectis, levatis, et perceptis huiusmodi Cure dicte Ecclesie parochialis in divinis officiis et aliis requisitis debite deserviri, ac omnia onera eidem ecclesie incumbentia supportari faciend' et causand'. **Ac de** residuo sic collecto, levato, et percepto fidelem Compotum sive ratiocinium quum ad hoc congrue fueritis requisiti iuste reddend' et faciend'. **Ceteraque** omnia et singula alia faciend' gerend' et expediend' que in hac parte de Jure necessaria fuerint, seu quomodolibet requisita vobis coniunctim et divisim vices et auctoritatem nostras committimus per presentes tantisper duratur' quoad eas duxerimus relaxand' aliquibus aliis prioribus literis Sequestratoriis in fructibus et proventibus eiusdem ecclesie ante hac quacunque auctoritate ordinaria vel metropolitica interpositis in aliquo non obstan' quas harum serie revocamus et pro revocatis haberi volumus per presentes. **In cuius** rei testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. **Dat'** duodecimo die mensis Julii Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo, Octavo ./. ./. ./. ./. ./. ./.

Willmus Awbrey et Willmus Clarke

Sequestratio vicarie de Plemit Exon' diocesis

legum doctores officio vicariatus in Spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuarien' coniunctim et divisim legittime fungentes, Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio Spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon' Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere. **Dilectis** nobis in Christo Nicholao Willes de Landrake in Com' Cornubie generoso, et Johanni Ricke de Lansallowes in Com' predict' yoman Salutem. **Cum** ut ex fide digna relatione accepimus vicaria perpetua ecclesie parochialis de Plemit dict' Exon' diocesis Cantuar' provincie vacua existit et vicario idoneo destituta, Cuius pretextu eadem vicaria perpetua in divinis officiis penitus inofficiata existit prout etiam de verisimili erit in futuro nisi de celeri remedio in hac parte congrue provideatur. **Nos** igitur nolentes premissa conniventibus oculis preterire, sed eis pro officii nostri debito quatenus in nobis est subvenire volentes, omnes et singulos fructus, decimas, redditus, proventus, obventiones, commoditates et cetera Emolumenta quecunque ad dictam vicariam perpetuam quomodolibet spectan' et pertinen' ex officio nostro duximus sequestrand', et huiusmodi Sequestri nostri custodiam vobis coniunctim et divisim committend' Justicia ita exigente, prout etiam sic sequestramus et vobis coniunctim et divisim committimus per presentes. **Ad** publicand' igitur huiusmodi Sequestrum nostrum sic per nos interpositum omnibus et singulis quibus interest in hac parte, necnon ad colligend' levand' exigend' et recipiend' omnes et singulos fructus, decimas, redditus, proventus, obventiones, commoditates et cetera Emolumenta quecunque ad dictam vicariam perpetuam quoquo modo spectan' et pertinen' [illegible] et ea sic collect' levat' et percept' sub salvo et tuto Sequestro custodiend' et conservand', ac que temporis mora de verisimili futura sunt deteriora iusto pretio alienand' et venditioni exponend'. **Atque** de collectis levatis et perceptis huiusmodi Cure dicte vicarie perpetue in divinis officiis et aliis requisitis debite deserviri, ac omnia onera eidem vicarie incumbentia supportari faciend' et causand'. **Ac de** residuo sic collecto, levato, et percepto fidelem Compotum sive ratiocinium quum ad hoc congrue fueritis requisiti iuste reddend' et faciend'. **Ceteraque** omnia et singula alia faciend' gerend' et expediend' que in hac parte de Jure necessaria fuerint seu quomodolibet requisita vobis coniunctim et divisim vices et auctoritatem nostras committimus per presentes, tantisper duratur' quoad eas duxerimus relaxand'. **In** cuius rei testimonium Sigillum quo in hac [illegible] utimur presentibus apponi fecimus. **Dat'** decimo septimo Julii Anno domini . 1578 .

Newton Fferrers Rectorie Institucio.

Decimo ~~sexto~~ septimo die mensis Julii Anno domini millesimo quingentesimo
sexagesimo octavo Coram magistro Willelmo Drewry legum doctore officio vicariatus in spiritualibus etc una
cum magistro Willelmo Clerke legum etiam doctore coniunctim et divisim legitime fungentibus Ad quos dictis et ordinaria
Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon. Sede plena pertinuit etc constitutus personaliter Jo-
hannes Atkins clericus in artibus magister ad ecclesiam parochialem de Newton Fferrers dicte Exon. dioc.
presentatus articulis de quibus in Synodo London. etc consensum est Anno domini iuxta etc 1562 ad tollendam opi-
nionum varietatem et confirmandum veram uniformem [illegible] religione etc manu sua propria in presentia dicti
magistri Willelmi Drewry subscripsit, Et tunc prestito per eundem Johannem Atkins Juramento de agnos-
cendo regia suprema potestate in causis ecclesiasticis etc et de renunciando omni forinsece potestati etc iuxta
formam Statuti etc et quod nulla Simoniaca conventione vel pravitate interveniente vel alio modo dam-
nato et prohibito etc se presentari procuravit etc necnon de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cantuar.
etc et loci ordinario etc prefatus magister Willelmus Drewry admisit eum ad dictam ecclesiam parochialem
de Newton Fferrers iam legitime vacantem. Ad quam per Thomam Worope de South Milton in Com.
Devon generosum verum ecclesie parochialis predicte vigore cuiusdam Advocationis Jurispatronatus eiusdem
per Christoferum Dyllon de Chymwell in Com. Devon Armigerum quibusdam Roberto Dyllon et
Anthonio Dyllon generosis coniunctim fact. et concess. ac dicte Advocationis Assignationis per
dictos Robertum Dyllon et Anthonium Dyllon eidem Thome Worope fact. et concess. hac vice
ut dicitur patronum presentatus existit, Ipsumque Rectorem eiusdem etc ac in et de eadem instituit etc
cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archidiaconalibus etc semper salvis. Et acceptata per
eum Cura etc Scriptum fuit Archidiacono Tottonensi seu eius officiali, aut alii cuicumque potestatem
habenti ad inducendum etc

Uploman Rectorie Institucio.

Decimo septimo die predicti mensis Julii Anno predicto Coram magistro Willelmo Drewry
Legum doctore officio vicariatus etc una cum magistro Willelmo Clerke Legum etiam doctore coniunctim et divisim
legitime fungentibus Ad quos dicti et ordinaria Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon. etc constitutus
personaliter Johannes Walker clericus in artibus magister ad ecclesiam parochialem de Uploman dicte Exon. dioc. presentatus
articulis de quibus in Sinodo London. etc consensum est Anno domini iuxta etc 1562 ad tollendam
opinionum varietatem et confirmandum veram uniformem [illegible] religione etc manu sua propria in presentia dicti
magistri Willelmi Drewry subscripsit, et tunc prestito per eundem Johannem Walker Juramento de agnoscendo regia supre-
mam potestatem in causis ecclesiasticis etc et de renunciando omni forinsece potestati etc iuxta formam Statuti
etc et quod nulla Simoniaca conventione vel pravitate interveniente, vel alio modo dampnato et prohibito
etc se presentari procuravit etc necnon de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cant. etc et loci ordinario etc prefatus
magister Willelmus Drewry admisit eum ad dictam ecclesiam parochialem de Uploman modo legitime vacantem. Ad
quam per Annam Worthington viduam nuper uxorem Thome Worthington armigeri defuncti et Edwardum
Worthington generosum veros ecclesie parochialis ratione executionis testamenti dicti Thome Worthington defuncti
ac vigore cuiusdam advocationis Jurispatronatus eiusdem per Christoferum Dabery militem [illegible] Dabery dicto
Thome Worthington et cuidam Hugoni Addington armigero, executoribus et Assignatis suis coniunctim et divisim fact. et
concess. veros et indubitatos ut dicitur patronos presentatus existit, Ipsumque Rectorem eiusdem etc
ac in et de eadem instituit etc cum suis Juribus et pertinentiis universis, Juribus Archidiaconali-
bus etc semper salvis Et acceptata per eum Cura animarum parochianorum etc Scrip-
tum fuit Archidiacono Exon. seu eius officiali vel alii cuicumque potestatem habenti pro inductione
eiusdem Johannis Walker etc

Certificatorium in Curia Scaccarij

Honorabilibus et egregijs viris dominis Baronibus Curie Scaccarij Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. et eiusdem Curie Thesaurario ceterisque in eadem a consilijs Willelmus Drury et Willelmus Clerke legum doctores officio Vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis legitime fungentes Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi vestris reverentijs tenore presentium certificamus et innotescimus, Quod quum Breve supradicte Illustrissime domine nostre Regine sub verborum tenore sequentium ea qua decuit reverentia, obedientia et subiectione humiliter iamdudum receperimus sequentem **Elizabeth** dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina etc. **Cumque** nos vigore pariter et auctoritate huiusmodi Brevis Regij omnia et singula proficua, redditus, obventiones, fructus, decimas, oblationes, pensiones, portiones, et alia emolumenta ecclesiastica quecumque ad ecclesiam parochialem de Ashprington predictam quoquo modo spectantia et pertinentia iuxta tenorem Brevis Regij predicti duxerimus sequestranda, et re ipsa sequestraverimus, ac custodiam eorundem discretis viris Willelmo Comester de Harnsford in Comitatu Devon Armigero, Edmundo Harris de Cornworthy in eodem Comitatu etiam Armigero, et Edwardo Larkington de Ashprington in Comitatu predicto generoso coniunctim et divisim commiserimus, Quidam tamen Johannes Gyles generosus, Henricus Evans Clericus, Henricus Lee, Johannes Lee, Thomas Short, Willelmus Martin, Quinton Blowell, Johannes Hilley, Margeria Ellett, Ricardus Ford, Johannes Vidor, et Thomasina Tucker parochie de Ashprington predicte (uti ex certificatorijs penes Registrum nostrum remanentibus intelligimus) easdem Sequestrationes nostras (Regia auctoritate interpositas) impedierunt, et earundem executionem contumaciter perturbarunt, decimasque per eos respective debitas prefatis Sequestratoribus detinuerunt et detinent in presenti, easdemque solvere renuerunt et recusarunt, et adhuc renuunt et recusant. **Unde nos** iuxta officij et muneris quo fungimur rationem, vestris Reverentijs premissa omnia et singula tenore presentium duximus certificanda et significanda, ut vos pro prudentia vestra iuxta Iuris exigentiam, pro debita et efficaci tam dicti Brevis Regij, et literarum Sequestrationis huiusmodi executione, quam etiam pro condigna predictarum contumacium et inobedientium personarum correctione, que executionem earundem hactenus impedierunt et retardarunt et adhuc impediunt et retardant, ulterioribus remedijs vos uti possitis. **In cuius** rei testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. **Dat** Sexto die mensis Augusti Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo, Octavo. /. ~ ./. ~ ./. ~

[illegible] Vicarie Institutio

Decimo octavo die mensis Julij Anno domini predicto Coram magistro Willelmo Drury legum doctore officio Vicariatus in spiritualibus generalis etc. una cum magistro Willelmo Clerke legum etiam doctore coniunctim et divisim legitime fungentibus Ad quos omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon' etc. constitutus personaliter Johannes Willes clericus ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de [illegible] dicte Exon' diocesis presentatus articulis de quibus in Synodo London' etc. consensum est Anno domini iuxta etc. 1562 ad tollendam opinionum varietatem et confirmandam veram consensionem in vera Religione etc. manu sua propria in presentia dicti magistri Willelmi Drury subscripsit, Et tunc prestito per eundem Johannem Willes Iuramento de agnoscenda Regia suprema potestate in causis ecclesiasticis etc. et de renuntiando omni et forinsece potestati etc. iuxta formam Statuti etc. et quod nulla Simoniaca conventione vel pacto interveniente vel alio modo damnato et prohibito etc. [illegible] canonica obedientia domino Archiepiscopo Cantuariensi etc. et Offici-

Ordinario etc. ac etiam de continue et personaliter residendo in dicta vicaria iuxta etc. presentatus
magister Willelmus Awbrey admisit eum ad dictam vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Plimouth
predicte modo legitime vacantem. Ad quam per Illustrissimam in Christo principem et dominam nostram
dominam Elizabetham dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. dicte
vicarie perpetue veram et indubitatam, ut dicitur, patronam presentatus existit, Ipsumque vi-
carium perpetuum eiusdem etc. ac in et de eadem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis salvis Iu-
ribus Archiepiscopalibus etc. semper salvis. Et acceptata per eum cura etc. dominus ad eius petitionem
decrevit Willelmum Lambe clericum vicarium pretensum etc. citandum fore ad diem post etc. ad dicendum cau-
sam quare dictus Johannes Willes sic admissus etc. induci non debeat etc. cum intimatione etc.

Comissio ad admittendum personam idoneam ad ecclesiam de Lanteglos Exoniensis diocesis

Willelmus Awbrey et Willelmus Clerke Legum
doctores officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis
Archiepiscopalis Cantuariensis legitime fungentes ad quos omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et
ecclesiastica que ad Episcopum Exoniensem Sede plena pertinuit, ipsa Sede iam vacante notorie di-
noscitur pertinere **Dilectis** nobis in Christo Thome Southcote sacre Theologie Bacc.
ac Archidiacono Cornubie in ecclesia Cathedrali Exoniensi, Thome Williams, Willelmo Marwode
et Roberto ffisher clericis Canonicis et prebendariis in ecclesia Cathedrali Exoniensi predicte Salu-
tem in domino Sempiternam **Cum** (sicut ex fide digna relatione accepimus) ecclesia
parochialis de Lanteglos iuxta Camelford cum Capella de Advent eidem annexa Exoniensis diocesis
Cantuariensis provincie per mortem naturalem Willelmi Wolcok clerici ultimi Rectoris et Incum-
bentis ibidem aliquamdiu vacaverit et vacat in presenti **Nos** pro officii nostri debito provi-
dere volentes ne dicta ecclesia parochialis de Lanteglos per eius diutinam vacationem gravia
(quod absit) patiatur incommoda, aut Cura animarum ibidem diutius negligatur. **Ad** ad-
mittendum igitur quamcumque personam habilem et idoneam ad dictam ecclesiam parochialem de
Lanteglos cum Capella de Advent eidem annexa sic vacantem, per verum et indubitatum ip-
sius ecclesie patronum legitime presentandum Huiusmodi personam idoneam sic presentandam in eadem eccle-
sia parochiali cum suis Iuribus et pertinentiis universis sibi rite et canonice instituendum, necnon in rea-
lem actualem et corporalem possessionem ipsius ecclesie Iuriumque et pertinentium suorum univer-
sorum induci mandandum et faciendum: Curamque et regimen animarum parochianorum dicte
persone idonee sic presentande in domino committendum. **Necnon** Iuramentum tam de canoni-
ca obedientia Archiepiscopo Cantuariensi et loci illius ordinario pro tempore existenti in
omnibus licitis et honestis mandatis prestandum et exhibendum, ac de agnoscendum supremam
potestatem Regiam in causis ecclesiasticis et temporalibus, et de renunciandum, refutandum, et
recusandum omnem et omnimodam Iurisdictionem, auctoritatem et superioritatem foraneas iuxta
vim formam et effectum Statuti parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi
et provisi, Et etiam quodcumque aliud Iuramentum licitum et honestum, ac de Iure, legibus,
et Statutis huius Regni Anglie in ea parte quomodolibet requisitum ab eadem persona
idonea sic presentanda vice et auctoritate nostris recipiendum et admittendum: Necnon eandem
personam sic presentandam, articulis de quibus in Synodo Londoniensi communi assensu dominorum
Archiepiscoporum Episcoporum et Cleri utriusque provincie Cantuariensis et Eboracensis consensum
est Anno domini iuxta Computationem ecclesie anglicane Millesimo, Quingentesimo, Sexage-
simo, Secundo: ad tollendum opinionum varietatem, et confirmandum veram uniformem
religionem Regia auctoritate et assensu publicatis manu sua propria in presentia vestra

aut duorum vestrum

aut duorum vestrum ante admissionem suam subscribere et assensum suum eisdem libere dare et concedere possetis, literasque testimoniales eidem presentato sic presentando et admittendo desuper (si opus fuerit) faciendi et concedendi. **Ceteraque** omnia et singula alia faciendi, exercendi et expediendi que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna. **Vobis** aut duobus vestrum, de quorum sana doctrina, fidelitate, et conscientie puritate in hiis et aliis plurimum confidimus, vices nostras committimus, et plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem. **Volentes** quod de omni eo quod in premissis feceritis nos aut alterum nostrum vel alium Judicem in hac parte competentem quemcumque secundo die Juridico post festum sive diem Sancte ffidis virginis proximo futurum, videlicet octavo die mensis Octobris proximo futuri sub forma autentica clausis certiores facere curetis aut debeat. **Salvis** tamen et reservatis nobis et officiariis et ministris nostris et dicte Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis omnibus et singulis feodis, proficuis, commoditatibus, et emolumentis quibuscumque ratione admissionis, institutionis, et inductionis huiusmodi quoquomodo debitis et competentibus, presentibus literis nostris Commissionalibus aut contentis in eisdem in aliquo non obstantibus. **In cuius** rei testimonium Sigillum quo in similibus utimur presentibus apponi fecimus. **Dat** London Sexto die mensis Augusti Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, octavo.

Willimus Awbrey et Willimus Clerke legum Doctores officio Vicariatus in Spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis littime fungentes ad quos custodia omnium [illegible] Cant provincie vacan notorie dinoscitur pertinere. **Universis** et singulis Clericis et literatis quibuscumque per provinciam Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem. **Cum** ecclesia parochialis de Lanteglos iuxta Camelford cum Capella de Adven eidem annexa Exon Dioc Cantuariensis provincie Sede Episcopali Exon iam vacante per mortem naturalem ultimi Rectoris et incumbentis in eadem aliquandiu vacaverit, et vacua existat in presenti, (ut etiam sumus informati) Quidam Tristramus Kristott generosus parochie de Lanselos in Com Cornubie dicte Exon diocesis Jus presentandi personam idoneam ad dictam Ecclesiam parochialem de Lanteglos cum Capella de Adven eidem annexa hac vice sibi competere pretendat. **Vobis** igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie prefatum Tristramum Kristott, quod compareat coram nobis aut nostro Commissario sive Surrogato vel alio Judice in hac parte competente quocumque in ecclesia Cathedrali Exon loco Consistorii ibidem duodecimo die mensis Septembris proximo futuro post dat presentium inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei Jus et interesse sua in dicta ecclesia parochiali de Lanteglos cum Capella de Adven predicta eidem (ut pretenditur) annexa et Jure patronatus eiusdem (si que sibi competant) in debita Juris forma propositurus, ulteriusque facturus et recepturus quod Justum fuerit in hac parte. **Intimetis** preterea prefato Tristramo Kristott sic citato, cui nos etiam tenore presentium sic intimamus, quod sive ipse dictis die hora et loco comparere curaverit sive non, nos nihilominus aut Commissarius sive Surrogatus noster vel alius Judex competens in hac parte iuxta Juris exigentiam procedemus, et aliquam personam idoneam ad dictam ecclesiam parochialem cum capella predicta eidem (ut asseritur) annexa sic vacantem admittere, et in eadem instituere et induci mandare intendimus ipsius Tristrami Kristotte sic citati, et non comparentis absentia sive contumacia in

Citatio Tristrami Kristott ad proponendum Jus et interesse in ecclesia parochiali de Lanteglos et c.

in aliquo non obstante. **Et quid** in premissis feceritis nobis aut Commissario [illegible] Surrogato nostrum vel alium Judicem in hac parte competentem diebus [illegible] et loco debite certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus. **Dat** Sexto die mensis Augusti Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo, octavo.

After our right hartie commendacions

[illegible]. [illegible] we have graunted Commission to you or to any two of you to admitt and institute any such hable person to the Benefice of Lanteglos in Cornwall as shalbe therunto lawfully presented. And where also Mr William Marston is presented to the saide Benefice by Arthure [illegible] Esquyer pretending himself to be the patron thereof. Ffor asmuch as the saide Mr Marston is a man verie well knowen aswell to my Lord's grace as to us, we have thought good to praye and requyre you, that if the title wherby Mr Marston is presented shall appeare unto you to be iust, that then you admitt him to the saide Benefice, and institute him according to the tenor of the saide Commission. But if anie other person then Mr Marston shalbe presented to the same Benefice, which shall appeare to you of right to be admitted, we requyre [illegible] you not to admitt any such by vertue of the same Commission, but to send him up to London to be examined and allowed by my Lord's grace, and this, any thing in the same commission mencioned and conteyned, to the contrarie notwithstanding. **And** thus we bid you hartelye well to fare. From London Sexto Augusti. **1578**.

Your loving frendes. William Awbrey. William Clerke.

To the right worshipfull and our verie loving frendes Mr [illegible], Thomas Williams, William Marwood, and Robert [illegible], or to any two of them deliver these.

Sequestracio fructuum ecclie de Lanteglos.

Willmus Awbrey et Willmus Clerke legum doctores officium vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis [illegible] dicti Archiepiscopi Cantuariensis [illegible] et in hac parte legitime fungentes Ad quos omnis et omnimoda jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exoniensem [illegible] ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere. **Dilectis** nobis in Christo [illegible] parochie de [illegible] in Com Cornubie generoso, Johanni [illegible] Civitatis Exon' [illegible] et Humfrido [illegible] parochie de [illegible] in Com Cornubie yeoman Salutem in Domino Sempiternam. **Cum** ecclesia parochialis de Lanteglos iuxta Camelford in Com Cornubie [illegible] cum Capella de Advent eidem annexa Exon' dioc' [illegible] spirituali ibidem iam vacante per aliquod tempus vacaverit per mortem naturalem Willelmi [illegible] ultimi et immediati Rectoris et Incumbentis in eadem, et sic vacua existat in presenti. Cuius obtentu cura animarum ibidem (ut dicitur) [illegible] officiis et aliis [illegible] relinquuntur. **Cumque** etiam dicta Ecclesia parochialis litigiosa existit [illegible] coram nobis super iure et titulo eiusdem ecclesie [illegible] mota fuerit et adhuc pendeat indecisa. **Cumque** [illegible] (ut informamur) vel eius officialis ius sequestrandi fructus, decimas et Emolumenta eiusdem ecclesie durante vacatione eiusdem et pendentia litis huiusmodi coram nobis sibi competere [illegible] ac fructus decimas et Emolumenta eiusdem ecclesie sequestrare consueverunt, in iure et [illegible] Archiepiscopalis Cant' ac Prerogativa

ac prerogative et consuetudinis eiusdem prejudicium non modicum et gravamen. **Nos** igitur officii nostri
debito ac iure ecclesie parochialis de Lanteglos in divinis officiis et aliis requisitis durante vacatione
eiusdem et pendentia litis predicte debite deservicium providere cupientes ac Iura libertates, consuetudines
et prerogativam ecclesie Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuar ac Sedis Archiepiscopalis ibidem pro
posse nostro tueri et defendere volentes omnes et singulos fructus redditus decimas et emolumenta
quecumque ad dictam ecclesiam parochialem de Lanteglos et rectorem eiusdem protempore existentem quomodo
libet spectantes et pertinentes ex causis predictis et aliis nos in hac parte specialiter moventibus duximus se-
questrandos, ac custodiam sequestri nostri huiusmodi vobis committendam, prout etiam sequestramus et vobis
presentis et divisim committimus per presentes. **Ad publicandum** igitur huiusmodi sequestrum nostrum sic per
nos interpositum omnibus et singulis quibus interest in hac parte, necnon ad colligendum, levandum, perci-
piendum et recipiendum, omnes et singulos et singulos fructus decimas, redditus, proventus, obventiones
commoditates et cetera emolumenta quecumque ad dictam rectoriam sive ecclesiam parochialem quoquo modo
spectantes et pertinentes. Eaque et ea sic collecta levata et percepta sub salvo et tuto sequestro custodiendum
et conservandum ac que temporis mora de verisimili futura sunt deteriora iusto pretio alienandum et
perditioni exponendum. atque de collectis, levatis et perceptis huiusmodi curam dicte ecclesie parochialis de Lante
glos predicte cum Capella de Advent predicte eidem annexa in divinis officiis et aliis requisitis debite
deserviri, ac onera eidem ecclesie incumbentia supportari faciendum et causandum. **Ac** de residuo sic
collecto, levato et percepto, fidelem computum sive ratiocinium, cum ad hoc congrue fueritis requisiti
iuste reddendum et faciendum. **Ceteraque** omnia et singula alia faciendum gerendum et expediendum
que in hac parte de Iure necessaria fuerint seu quomodolibet requisita vobis coniunctim et divisim vices
et auctoritatem nostras committimus per presentes, tantisper duratur quoad eas duxerimus relaxandum. Aliqui-
bus aliis prioribus literis sequestratoriis in fructibus et proventibus eiusdem ecclesie antehac quacumque
auctoritate ordinaria vel metropolitica interpositis in aliquo non obstantibus; Quas harum serie re-
vocamus et pro revocatis haberi volumus per presentes. **In cuius** rei testimonium sigillum
quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. **Dat** Quinto die mensis Augusti Anno domini
millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo, Octavo ./. ~ ./. ~ ./. ~ ./. ~ ./. ~ ./.

Undecimo die mensis Augusti Anno domini predicto Coram magistro Willelmo Clerke
legum doctore officio vicariatus in spiritualibus generalis etc. una cum magistro Willelmo Awbrey legum etiam doctore
presentis et divisim litteris fungente Ad quos omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad episcopum Exon
sede plena pertinuit etc. constitutus personaliter Rogerus Crowght clericus ad rectoriam sive ecclesiam pa-
rochialem de Crede dicte Exon diocesis presentatus articulis de quibus in Synodo London etc. consensum
fuit etc. Anno domini iuxta etc. 1562. ad tollendum opinionum varietatem, et confirmandum veram uniformitatem
religionem etc. manu sua propria in presentia magistri Willelmi Clerke subscripsit. Et tunc prestito per
eundem Rogerum Crowght Iuramento de agnoscendum supremam Regiam potestatem in causis ecclesiasticis etc. et
de renunciandum omni foranee potestati etc. iuxta formam Statuti etc. Et quod nulla Simoniaca conventione
vel pactione intervenientem vel alio modo dampnato vel prohibito etc. se presentari procuravit etc. necnon de
canonica obedientia domino Archiepiscopo Cant etc. et loci Ordinario etc. prestando magister Willelmus Clerke admisit eum
ad dictam ecclesiam parochialem iam legitime vacantem Ad quam per Illustrissimam in Christo principissam et domi-
nam dominam Elizabetham dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. ipsius ecclesie
parochialis verum et indubitatum (ut dicitur) patronam presentatus existit, Ipsumque rectorem eiusdem
etc. ac in et de eadem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis, Iuribus Archiepiscopalibus

Crede rectorie
Institucio

ac semper salvis Et acceptata premissa cura animarum etc. Scriptum fuit Archidiacono Cornubie pro inductione eiusdem Rogeri Trowyght etc.

After our hartie comendacions. Whereas we have granted a new Comission, with revocation of our former, to you or to any two of you, whereof Mr Doctor Tremaine to be one, with the consent of Mr ffisher, Mr Williams, or Mr Marwood to admitt and institute any such hable person to the Benefice of Lanteglos in Cornewall, as shalbe thereunto lawfully presented And whereas also Mr William Marston is presented to the saide Benefice by Arthur Arscott Esquyer, pretending him self to be the patron thereof: And also one Mr Thomas Moore is presented to the same Benefice by Tristram Arscott gent, affirming him self to be patron thereof for this present vacation. fforasmuche as the saide Mr Marston and Mr Moore are both well knowen to my L. his grace, and us, to be both of them sufficient and hable men: we have thought good to pray and require you to admitt and institute any of them both to the saide Benefice, that shall seme to have best right, according to the Tenor of the saide Comission, notwithstanding any former Lres or Comission dated the sixth of this present monthe of August. **And** thus we bid you hartely well to fare. ffrom London this viijth of August. 1578.

Your Loving frendes William Awbrey William Clerke.

To the right worshipfull, and our Loving ffrendes Mr Richard Tremayne, Thomas Sowster, Thomas Williams, William Marwood, and Robert ffissher or any two of them deliver these.

Comissio ad admittendum aliquam personam habilem ad ecclesiam de Lanteglos Adiunct.

Willelmus Awbrey et Willelmus Clerke Legum doctores officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis legitime fungentes. Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon. Sede plena pertinuit, ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere **Dilectis** nobis in Christo magistro Richardo Tremayne sacre Theologie professori ecclesie Cathedralis Exon. Thesaurario, Thome Sowster, sacre Theologie Bacchalaureo Archidiacono Cornubie in ecclesia Cathedrali Exon. Thome Williams, Willelmo Marwood, et Roberto ffissher Clericis, Canonicis, et Prebendariis ecclesie Cathedralis Exon. predicte Salutem in Domino sempiternam. **Cum** nos per literas nostras Comissionales gerentes dat. Sexto die presentis mensis Augusti vobis prefatis magistris Thome Sowster, Thome Williams, Willelmo Marwood, et Roberto ffissher aut duobus vestrum ad admittendum quamcunque personam idoneam ad ecclesiam parochialem de Lanteglos iuxta Camelford cum Capella de Advent eidem annexa Dioc. Exon. dictorum vacantem per verum ecclesie illius verum patronum presentandam, et in eadem ecclesia parochiali canonice instituendam cum suis Juribus et pertinentiis universis vices nostras comiserimus prout per literas Comissionales predictas plenius liquet et apparet. **Nos** ex certis causis iustis rationabilibus et legitimis nos in hac parte specialiter moventibus prefatum magistrum Richardum Tremayne ad premissa et subscripta exequendum adiungendum, prout sic adiungimus per presentes, et predictas nostras literas Comissionales decernimus nobis fore per presentes

quatenus presentes

quatenus assensibus repugnant, vel cum eisdem stare non possunt, revocamus et irritas iudicamus.
Ad admittend igitur quamcumque personam habilem et idoneam ad ecclesiam parochialem
de Lanteglos cum Capella de Advent eidem annexa Exon diocesis per mortem natura-
lem Willelmi Rowles Clerici ultimi rectoris et Incumbentis ibidem iam vacantem per verum
et indubitatum ipsius ecclesie patronum litteratorie presentand, ac huiusmodi personam idoneam sic
presentand in eadem ecclesia parochiali cum suis Iuribus et pertinentiis universis rite et canonice
instituend, necnon in realem actualem et corporalem possessionem ipsius ecclesie parochialis
Iuriumque et pertinentium suorum universorum induci mandand et faciend, Curamque et regimen animarum
parochianorum dicte persone idonee sic presentand in domino committend, Necnon Iuramentum tam de
canonica obedientia Archiepiscopo Cantuarien et loci illius Ordinario pro tempore existente in omnibus
licitis et honestis mandatis prestand et exhibend, ac de agnoscend supremam potestatem regiam
in causis ecclesiasticis et temporalibus, et de renunciand refutand et recusand omnem et omnimodam
Iurisdictionem, auctoritatem, et superioritatem forincecam iuxta vim formam et effectum Statuti par-
liamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, quam etiam quodcumque aliud Iura-
mentum licitum et honestum, ac de Iure, Legibus et Statutis huius Regni Anglie in ea parte quomodo-
libet requisitum ab eadem persona idonea sic presentand vice et auctoritate nostris recipiend et
admittend. Necnon eandem personam sic presentand articulis de quibus in Synodo London
communi assensu Archiepiscoporum, Episcoporum, et Cleri utriusque provincie Cantuarien et
Eboracen consensum est. Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo
Quingentesimo, Sexagesimo, Secundo ad tollend opinionum varietatem et confirmand
veram unformem Christi Religionem Regia auctoritate et assensu publicat manu sua propria
in presentia vestra aut duorum vestrum ante admissionem suam subscribere et assensum suum eis prebere
vice et auctoritate nostris videnda. Literasque Testimoniales eidem persone sic presentand et admittend
desuper (si opus fuerit) faciend et concedend. **Ceteraque** omnia et singula alia
faciend exercend et expediend que in premissis, aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet
opportuna. **Vobis** aut duobus vestrum, quorum quidem duorum prefatum magistrum Richardum
Tremayne unum esse volumus (habito prius consensu prefat Thome Williams, Willelmi
Marwoode, aut Roberti ffissher in hac parte) vices nostras committimus et plenam in domino
tenore presentium concedimus potestatem. **Volentes** quod de omni eo quod in premissis
feceritis vos aut alterum vestrum vel alium Iudicem in hac parte competentem quemcumque Se-
cundo die Iuridico post festum sive diem Sancte ffidis virginis prox futur, viz, octavo die
mensis Octobris prox futuri sub forma autentica clare certiorare curetis prout decet.
Salvis tamen et reservatis nobis et officiariis nostris et dicte Sedi Archiepiscopali
Cantuarien omnibus et singulis feodis, proficuis, commoditatibus et Emolumentis quibuscumque ra-
tione admissionis institutionis et inductionis huiusmodi quoquo modo debitis et competentibus pertinentibus
Literis nostris Commissionalibus aut contentis in eisdem in aliquo non obstan. **In cuius**
rei Testimonium Sigillum quo in similibus ad presens utimur presentibus apponi fecimus
Dat London Nono die mensis Augusti Anno domini Millesimo, Quingentesimo Septuagesimo, Octavo. ./

Decimo quarto die mensis Augusti Anno domini Millesimo
Quingentesimo, Septuagesimo octavo, coram magistro Willelmo Clerke Legum doctore officio
vicariatus in spiritualibus generalis etc. una cum magistro Willelmo Aubrey Legum etiam doctore com et Di-

Canonicatus et
Prebende in ecclia
Cathedr Exon
Institucio

ultime fungens Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon Sede plena pertinuit etc. comparuit personaliter Willelmus Rotherford Clericus exhibuit procuratorium suum Ratione magistri Willelmi James Sacre Theologie professoris ad Canonicatum et prebendam vigintiquatuor prebendarum infra ecclesiam Cathedralem beati Petri Exon, quos magister Richardus Hylland clericus nuper habuit et possidebat, per mortem naturalem eiusdem Richardi Holland iam vacantem ultime presentati, ac nomine procuratorio eiusdem magistri Willelmi James, et in animam ipsius, Juramentum prestitit de agnoscendo Supremam Regiam potestatem in causis ecclesiasticis etc. et de renunciando omnimode forance potestati etc. iuxta formam Statuti etc. Et quod nulla Simoniaca conventione vel pravitate intervenientibus vel alio modo dampnato et prohibito etc. dictus magister Willelmus James se presentari procuravit, Necnon de Canonica obedientia domino Archiepiscopo Cantuarien et Successoribus suis ac loci ordinario pro tempore existenti debita observando Statuta et laudabiles et approbatas consuetudines ecclesie predicte quatenus ipsum ratione Canonicatus et prebende predict concernunt. Et tunc dictus magister Willelmus Clerke admisit eundem magistrum Willelmum James ad dictos Canonicatum et prebendam per mortem naturalem (ut asseritur) ultimi Incumbentis ibidem vacantem. Ad quos per Garvinum Carewe militem dicti Canonicatus et prebende ratione cuiusdam Advocationis Juris patronatus eorundem per bone memorie dominum Willelmum nuper Exon Episcopum sibi fact et concesse hac vice (ut dicitur) patronum presentatus existit, Ipsumque Canonicum et Prebendarium eorundem Canonicatus et Prebende ac in et de eisdem instituit cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus domini Archiepiscopi Cantuarien modernum et Episcopalibus Exon, necnon ecclesie Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuarien et ecclesie Cathedralis Exon dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. Et scriptum fuit Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Exon, aut eorum vicegerenti sive deputato vel alii cuicunque ad quem de more vel antiqua consuetudine ecclesie predicte subscriptorum executio pertinuerit dinoscitur pro inductione eiusdem magistri Willelmi James in realem, actualem, et corporalem possessionem eorundem Canonicatus et prebende cum suis Juribus et pertinentiis universis. Stallumque in Choro ac locum et vocem in Capitulo ecclesie Cathedralis Exon predict. ad dictos Canonicatum et Prebendam etc. eidem magistro Willelmo James assignand etc. / ~ / ~ /

Brixham vicarie Institucio

Decimo quinto die mensis Augusti Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo octavo Coram magistro Willelmo Clerke Legum doctore officio vicariatus in spiritualibus generalis etc. una cum magistro Willelmo Aubrey legum etiam doctore Jo. et D. ultime fungens Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon Sede plena pertinuit, etc. constitutus personaliter Willelmus Rotherford Clericus ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Brixham dicte Exon diocesis presentatus, articulis de quibus in Synodo London etc. conclusum est Anno domini iuxta computacionem ecclesie etc. Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo pro tollenda opinionum varietate etc. manu sua propria in presentia dicti magistri Willelmi Clerke subscripsit. Et tunc prestito per eundem Willelmum Rotherford Juramento de agnoscendo Supremam Regiam potestatem in causis ecclesiasticis etc. et de renunciando omnimode forance potestati etc. iuxta formam Statuti etc. Et quod nulla Simoniaca conventione vel pravitate intervenientibus vel alio modo dampnato et prohibito etc. se presentari procuravit etc. Necnon de Canonica obedientia domino Archiepiscopo etc. et loci Ordinario etc. ac de continue et personaliter residendo in eadem vicaria perpetua etc.

ffuit presentatus

prefatus magister Willelmus Clerke admisit eum ad dictam vicariam ecclesie parochialis de Brixham predicte iam litteris vacan. Ad quam per Illustrissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie Francie et hibernie reginam fidei defensorem etc. dicte vicarie vera [illegible] et indubitatam (ut dicitur) patronam presentatus existit, Ipsumque vicarium eiusdem etc. ac in et de eadem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis, Iuribus Archiepiscopalibus etc. semper salvis. Et acceptata per eum Cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Archidiaconatus Totton seu eius officiali aut alii cuicunque pro inductione eiusdem Willelmi Rotherford etc.

Vicesimo primo

die mensis Augusti Anno domini millesimo Quingentesimo Septuagesimo Octavo: Coram magistro Willelmo Clerke Legum doctore officio vicariatus in spiritualibus generalis etc. una cum magistro Willelmo Aubrey Legum etiam doctore communiter et divisim legittime fungen. Ad quos omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon. Sede plena pertinuit etc. constitutus personaliter Andreas Helyer Clericus ad ecclesiam parochialem de Hanford alias Harford infra hundredum de Ermington dicte Exon. dioc. presentatus, articulis de quibus in Synodo London communi assensu etc. consensum est Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo ad tollendam opinionum varietatem et confirmandam veram unitatem Religionis etc. manu sua propria in presentia dicti magistri Willelmi Clerke subscripsit. Et bene prestito per eundem Andream Helyer Iuramento de agnoscendo Supremam Regiam potestatem in causis ecclesiasticis etc. et de renunciando omnimode forance potestati etc. iuxta formam Statuti etc. et quod nulla Simoniaca conventione vel pravitate intervenientibus vel alio modo damnato et prohibito etc. se presentari procuravit etc. necnon de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cantuar. etc. et loci ordinario etc. prefatus magister Willelmus Clerke admisit eum ad dictam ecclesiam parochialem per liberam et spontaneam resignationem Johannis Wright Clerici ultimi rectoris et Incumbentis ibidem modo vacan. Ad quam per Johannem Helyer de Plympton Sancte Marie in Com. Devon yoman ipsius ecclesie parochialis vigore cuiusdam Advocationis Iuris patronatus eiusdem per Philippum Cole de Buckfastleighe in Com. Devon predict. Armiger cuidam Nicholao Dyer seniori fact. et concess. ac dicte Advocationis assignationis per dictum Nicholaum Dyer eidem Johanni Helyer etiam fact. et concess. hac vice (ut dicitur) patronum presentatus existit, Ipsumque rectorem eiusdem etc. ac in et de eadem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis, Iuribus Archiepiscopalibus etc. semper salvis. Et acceptata per eum Cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Totton seu eius Officiali aut alii cuicunque potestatem habenti pro inductione eiusdem Andree Helyer etc.

Hanford alias Harford Rectoris Institutio.

Willelmus Clerke

Legum doctor officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis una cum venerabili viro magistro Willelmo Aubrey Legum etiam doctore communiter et divisim legittime fungens Ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon. Sede plena pertinuit, Ipsa Sede iam vacante dinoscitur pertinere. **Dilectis** nobis in Christo Nicholao Walles de Landrake in Com. Cornubie generoso, et Johanni Pyke de Lansallowes in dicto Com. yoman Salutem in domino sempiternam. **Cum** sicut fide digna relatione nobis delatum fuerit Quod vicaria perpetua ecclesie parochialis de Pelenit dicte Exon. diocesis Cantuar. [illegible] vacua existerit et existit, vicario idoneo destituta, Cuius pretextu eadem vicaria perpetua in divinis officiis [illegible] inofficiata existit, aliisque dispendiis verisimiliter erit in futuris nisi de celeri remedio in ea parte congrue provideatur **Nos** [illegible] nobis pro [illegible] suggestis omnes et singulos fructus, redditus, proventus, obventiones, Commoditates, decimas, et alia Iura et Emolumenta ecclesiastica quecunque ad dictam vicariam perpetuam pro tempore existen. quomodolibet spectan. ex officio nostro per presentes nostras [illegible] Dat. decimo Sexto die mensis

Relaxacio Sequestri vicarie de Pelenit Exon. dioc.

Julii ultimo elapsi sequestraverimus et huiusmodi sequestri nostri custodiam vobis coniunctim et divisim commiserimus. **Quia** vero premissa coram nobis iudicialiter comparuit quidam Willelmus Lambe clericus et allegavit se per hos nonnullos annos elapsos fuisse et esse verum et legitimum vicarium dicte ecclesie, et in pacifica et quieta possessione eiusdem notorie constitutum, atque pro vicario eiusdem communiter reputatum, et quod curam animarum tam in divinis celebrandis quam in sacramentis ministrandis debite deservivit et, ideo se in possessione sua tueri et defendi petiit, et de et super veritate premissorum non solum fidem ad sancta dei evangelia prestitit, verum etiam pro nostra meliori informatione in premissis quosdam testes tunc presentes produxerit, et ideo dictas literas nostras sequestratorias in dictis fructibus eo absente et non vocato interpositas relaxari petiit. **Nos** igitur causis predictis et aliis nos in hac parte specialiter moventibus sequestrum nostrum predictum super premissis in proventibus et emolumentis dicte vicarie alias per nos interposit' ad ipsius Willelmi Lambe instantem petitionem duximus relaxandum, prout etiam harum serie sic relaxamus. **Quare** quidem premissa vobis et vestrum utrique cum ac ceteris quibuscumque quorum interest in hac parte significamus et ea per vos omnibus et singulis aliis parochianis dicte parochie publicandum et significandum volumus et mandamus.

Vobisque et vestrum utrique ac ceteris quibuscumque quorum interest in hac parte firmiter iniungendo mandantes quatenus vos in fructibus, proventibus et emolumentis dicte vicarie pretextu vigore sequestri nostri predicti a die receptionis presentium aut intimationis earundem vobis faciend' intromittere non presumatis, seu vestrum aliquis presumat sub pena contemptus. **Et preterea** quibuslibet et singulis parochianis dicte parochie de Oltunne firmiter precipiendo mandamus quatenus fructus et decimas suas infra dictam parochiam de Oltunne provenien' et crescen' eidem Willelmo Lambe seu eius deputato iuste solvant et persolvant, seu sic solvi faciant, donec aliter a nobis seu alio iudice competente adiudicatum et pronuntiatum fuerit sub pena iuris. **In cuius** rei testimonium sigillum quo in similibus ad huc utimur presentibus apposuimus. **Dat'** vicesimo secundo die Augusti Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo.

...tio super exhibitione
...racione presentationis Henrici
Evans ad ecclesiam de
Assyngton

Vicesimo quinto die mensis Augusti Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo in camera magistri Willelmi Clerke legum doctoris infra Collegium Advocatorum Curie Cantuariensis de Archubus London' notorie sit' et situat' coram eodem magistro Willelmo Clerke officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis sedis Archiepiscopalis Cant' una cum venerabili viro magistro Willelmo Aubrey legum doctore coniunctim et divisim legitime fungente, in presentia mei Johannis Incent notarii publici registrarii principalis constitutis personaliter Johannes Giles armiger et Henricus Evans clericus exhibuerunt literas presentatorias de persona prefati Henrici Evans ad ecclesiam parochialem de Assyngton retroscript' instanter ... petieruntque ut dictum Henricum Evans ad prefatam ecclesiam parochialem de Assyngton ex suo abundanti iuxta tenorem literarum presentationis predict' admitti et in eadem institui cum suis iuribus et pertinentiis universis. Qui quidem magister Willelmus Clerke ex certis causis eum ad asserit moventibus duxit aliquandiu deliberandum fore super petitione dictorum Johannis Giles et Henrici Evans in hac parte.

...on Damerell ecclesie
...vocatio

Tertio die mensis Augusti Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo exhibita fuit advocatio ecclesie parochialis de Willton Damerell Dorset.

...yn ecclesie
...presentatio

Memorand' this presentation was exhibited by ... Chabbet the first & twentith daye of August, and the originall presentacion delivered to hym. And the copye of the sending of the same presentacion is registred in the booke of ... of the vicar generall.

Memorandum quod vicesimo octavo die mensis Augusti Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Octavo exhibita fuit presentacio Advocationis ecclesie parochialis de Exton per Radulphum Chaubert, qua Advocatione registrata originalis dicto Radulpho Chaubert retradebatur die mense Annoque Domini suprascriptis.

Exton Rectorie Advocatio

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri domino Edmundo miseratione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano vel eius vicario vel vicariis in spiritualibus generali in diocesi Exon Salutem. **Cum** nuper per breve sub sigillo Curie nostre Scaccarii sigillatum gerens datum undecimo die Julii ultimo preteriti assignaverimus vos ad sequestrandum et in manibus Thome Jeffreys seisiendum omnia et singula redditus, reventiones, exitus, proficua, fructus, commoditates, decimas, oblationes, pensiones et alia emolumenta et proficua quecunque spectantia et pertinentia Thome Jeffreys clerico Rectori ecclesie parochialis de Wispington in Comitatu nostro Lincoln vestre Jurisdictionis in quorumcunque manibus et possessionibus illa vel eorum aliqua existerent **Necnon** petendum, exigendum, levandum, colligendum et in manus ipsius Thome recipiendum a quibuscunque tenentibus firmariis et occupatoribus dicte Rectorie, omnia redditus, reventiones, exitus, proficua et alia quecunque commoda et Emolumenta inde pro eodem Thoma, et ad usum et commoditatem suam Illaque omnia et singula et quamlibet inde parcellam insimul aut separatim in usum et Emolumentum eiusdem Thome reponendum et servandum omnino, bona et catalla si que forte fuerint pro [illegible] maiori commodo ipsius Thome vendendo. **Ceteraque** que de iure poteritis exigendum et peragendum quo primitie predicte Rectorie de Wispington per eundem Thomam nobis debite celerius persolvi possint, prout per Sequestrationem illam plenius liquet. **Vobis** ex certis causis et considerationibus precipimus quod executioni brevis nostri predicti quoad Rectoriam predictam et eiusdem Rectorie firmas occupationes et proficua recepta supersedeatis omnino, Commoditatumque fructuum decimarum et oblationum que ante receptionem huius brevis nostri virtute Sequestrationis predicte recepistis coram Baronibus dicti Scaccarii nostri in Crastino Sancti Martini proximo futuro debitum Rationem et Calculum reddatis. Teste Willelmo Cecill milite, domino Burghley, magno Thesaurario Anglie tertio die Septembris Anno Regni nostri vicesimo.

Franciscus Flower deputatus Christoferi Hatton militis.

Reverendissimo in Christo patri domino Edmundo miseratione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, eiusve vicario vel vicariis in spiritualibus generali de supersedendo.

Breve Regium ad supersedendum a sequestrando fructus ecclesie de Wispington

Willelmus Awbrey et Willelmus Clerke legum doctores officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis sedis Archiepiscopalis Cantuariensis legitime fungentes **Dilectis** nobis in Christo Willelmo [illegible] de [illegible] in Comitatu Lincoln armigero, Edmundo [illegible] de Cowdworth in eodem Comitatu armigeris, et Edwardo Larkington de Wispington in [illegible] predicta generosis Salutem in Domino sempiternam. **Cum** nos alias vigore et auctoritate brevis Regii nobis directi, ac iuxta mandatum Illustrissime domine nostre Regine nobis per breve suum predictum factum, omnia et singula redditus, reventiones, exitus, proficua, fructus, commoditates, decimas, oblationes, pensiones, portiones, et alia emolumenta quecunque dicte Rectorie de Wispington, ac Thome Jeffreys Clerico Rectori eiusdem quoquo modo spectantia et pertinentia in quorumcunque manibus, possessionibus sive occupationibus illa vel eorum aliqua modo existerent, aut in posterum existent duxerimus sequestrandum prout etiam per literas nostras sequestratorias gerentes datum vicesimo [illegible] die mensis Julii ultimo preteriti Anno Domini millesimo Quingentesimo Septuagesimo octavo iam [illegible] vobis in ea parte directas sic sequestraverimus, et huiusmodi Sequestri nostri custodiam vobis coniunctim et divisim commiserimus una cum potestate publicandum et denunciandum huiusmodi Sequestrum [illegible] [illegible]

Relaxatio Sequestri ecclesie parochialis de Wispington Lincoln diocesis

auctoritate Regia interposit talibus temporibus locis et personis quibus vobis maxime videbitur expedire
Ac etiam petend, exigend, levand, colligend, et recipiend a quibuscumque Tenentibus firmar et
occupatoribus dicte Rectorie predict omnia Reddit, Reventus, decim, proficua, et alia quecumque comoda et Emo-
lumenta eidem Rectorie quoquo modo spectan et pertinen prefat Thome et ad usum et Comoda sua, illaque om-
et singula et quamlibet inde parcellam insimul aut separatim in usus et Emolumenta eiusdem Thome reci-
piend et servand prout per Lras nostras Sequestratorias predict ad quas habeatur relatio plenius liquet
et apparet) citra premissa aliud Breve dicte Due nre Regine Reverendissimo in Xpo patri Domino
Edmundo divina providentia Cantuarien Archiepo totius Anglie primati et Metropolitano directum eccl cum ea
qua decuit Reverentia obedientia et Subiectione recepimus in hec verba **Elizabeth** dei gra
etc **Unde** nos iuxta tenorem dicti posterioris Brevis eidem reverendissimo patri ut prefertur directi
Sequestrum predict sic ut premittitur auctoritate dicti prioris Brevis due Regine alias interposit et vobis direct
duximus relaxand prout etiam harum serie sic relaxamus vobis coniunctim et divisim ex parte dicte Due
nostre Regine firmiter precipiend mandantes quatenus immediate post receptionem presentium executioni Literarum
nostrarum sequestratoriarum predict vobis ut premittitur) alias fact quoad Rectoriam sive ecclesiam parochialem
de Aisshprinton predict et Rectorem ibidem et eius firmar, occupator et proficuorum receptor predict ecclie omnino
supersedeatis. Comodorumque, fructuum, decimarum, oblationum et proficuorum (si que inde auctoritate sequestri
predict receptitis) coram Baronibus Scaccarii dicte Due Regine in Quindena Sancti Martini prox-
futur debite ratiocinium et Calculum reddatis iuxta tenorem Brevis Regii predict **In cuius** rei
Testimonium Sigillum quo in similibus ad presens utimur presentibus apponi fecimus. **Dat** London-
Quarto Septembris Ano Dni Millimo, Quingenmo, Septuagmo, Octavo.

Comissio ad admittend aliquam personam idoneam ad Rectoriam eccl de Milton Damerell Exon dioces

Willimus Awbrey et Willimus Clerke Legum
doctores officio vicariatus in Spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepalis Cant
legittime fungentes Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio Spualis et ecclesiastica que ad Epum Exon
Sede plena pertinuit, ipsa Sede iam vacante, notorie dinoscitur pertinere **Dilectis** nobis in
Xpo magistro Richardo Tremaine sacre theologie professori ecclie Cathedralis Exon Thesaurario,
Willmo Marston in legibus Baccalaureo ecclie Cathedralis Exon precentori, Thome Comyster-
sacre Theologie Baccalaureo Archino Cornubie, in ecclia Cathedrali Exon predict et Johanni
Wolton clerico ecclie Cathedralis Exon predict Canonico et prebendario Salutem in Dno Sempiternam.
Quum uti ex fide digna relatione accepimus, ecclia parochialis de Milton Damerell Exon
Dioces Cantuariensisque provincie per mortem naturalem Willmi Poll clerici ultimi Rectoris et In-
cumbentis ibidem aliquamdiu vacaverit, et vacet in presenti, et ad eandem etiam presentandum prout ex fide
dignorum relatu intelligimus, adeo gravi infirmitate corporis laboret ut sine periculo se itineri committere
et ad has partes venire nequeat. **Nos igitur** pro officii nostri debito providere volentes
ne dicta ecclia parochialis de Milton Damerell per eius diutinam vacationem gravia (que absit) patiatur
incomoda aut Cura animarum ibidem diutius negligatur: **Ad admittend** igitur quamcunque
personam habilem et idoneam ad dictam Ecclesiam parochialem sic vacan per verum et indubitatum ipsius
ecclie patronum legittime presentand, ac hmoi personam idoneam sic presentand in eadem ecclia parochiali
cum suis Juribus et pertinen universis Rectorem et canonice instituend, necnon in realem actualem et
corporalem possessionem ipsius Ecclie parochialis Juriumque et pertinen suorum universorum induci man-
dand et faciend, Curamque et Regimen animarum parochianorum dicte persone idonee sic presentand in dno
committend, necnon Juramentum tam de canonica obedientia Archiepo Cantuar et loci illius ordinario pro
tempore existen in omnibus licitis et honestis mandatis prestand et exhibend, ac de recognoscend
supremam potestatem Regiam in causis ecclesiasticis et temporalibus, et de renunciand refutand et
recusand omnem et omnimodam Jurisdictionem, auctoritatem et superioritatem foraneam iuxta vim-

formam et effectum

formam et effectum Statuti parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, quod
etiam quodcumque aliud Iuramentum licitum et honestum ac de Iure legibus et Statutis huius Regni
Anglie in ea parte quomodolibet requisitum ab eadem persona idonea sic presentand pete et mutatis per
recipiend et admittend Necnon eandem personam sic presentand Articulis de quibus in Synodo London
communi assensu Archiepiscoporum Episcoporum et Cleri utriusque provincie Cantuariensis et Eboracensis consensum
est Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo
ad tollend opinionum varietatem et confirmand verum consensum in Christi Religione Regia auctoritate
et assensu publicatis manu sua propria in presentia vestra aut duorum vestrum ante admissionem suam
subscribere et assensum suum eis prebere vice et auctoritate nostris videndi, Literasque testimoniales
eidem persone sic presentande et admittende desuper si opus fuerit faciend et concedend
Ceteraque omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in premissis aut circa
ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Vobis aut duobus vestrum quorum quidem
duorum prefatos magistros Richardum Tiemane vel Willelmum Marston unum esse volumus
vices nostras committimus et plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem Vo-
lentes quod de omni eo quod in premissis feceritis nos aut alterum nostrum vel alium Iudicem in
hac parte competentem quandocumque Secundo die iuridico post festum sive diem Sancti
Hillarij proxime futurum vel tertio Quinto die mensis Ianuarij proxime futuri sub
forma autentica clausulis tenorem presentium continentibus prout decet **Salvis** tamen
et reservatis nobis et Officiarijs et ministris nostris et dicte Sedis Archiepiscopalis Can-
tuariensis omnibus et singulis feodis proficuis commoditatibus et Emolumentis quibuscumque racione
admissionis institucionis et inductionis huiusmodi quoquo modo debitis et consuetis presenti-
bus literis nostris Commissionalibus aut contentis in eisdem in aliquo non obstantibus **In
cuius** rei testimonium Sigillum quo in similibus ad presens utimur presentibus apponi
fecimus **Dat** London decimo Sexto die mensis Octobris Anno domini millesimo
Quingentesimo Septuagesimo Octavo

Vicesimo octavo die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo
Septuagesimo octavo Coram magistro Willelmo Awbrey legum doctore officiali principali in spiritualibus
etc una cum magistro Willelmo Clerke legum etiam doctore coniunctim et divisim legitime fungente Ad quos
omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad etc pertinet Exon etc constitutus personaliter
Willelmus Fairchilde clericus ad decanatum atque ecclesiam parochialem Sancti Dorriani in
Seu decanatus dicte Exon diocesis Cantuariensis provincie fatebatur Articulis de quibus in Synodo
London etc consensum est Anno domini iuxta etc millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo
ad tollend opinionum varietatem etc manu sua propria in presentia dicti magistri Willelmi Awbrey
subscripsit. Et tunc prestito per eundem Willelmum Fairchilde Iuramento de agnoscend supremam
regiam potestatem in causis ecclesiasticis etc et de renunciand omni forinsece potestati etc iuxta formam
Statuti etc et quod nulla Simoniaca conventione pactione vel pravitate interveniente vel alio modo dampnato,
et prohibito se procurari curavit etc Necnon de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cantuar
etc et loci Ordinario etc prefatus magister Willelmus Awbrey admisit eum ad dict decanatum
atque ecclesiam parochialem Sancti Dorriani predict iam legitime vacantem Ad quos per Iohannem
Aynesworth armigerum eorundem decanatus et rectorie verum et indubitatum (ut dicitur) pa-
tronum presentatus extitit, Ipsumque rectorem eundem etc ac in et de eadem instituit etc cum suis
Iuribus et pertinentiis universis Iuribus Archiepiscopalibus etc semper salvis. Et acceptata per eum Cura etc
Deinde ad peticionem dicti Fairchilde decrevit quod magister Iohannes Stace Iuramentum se prestandum etc in-
ducend fore ad etc post etc Ius et interesse sua etc proposuit, causasque etc dictus quare dictus

Decanatus et eccl.
Sancti
Dorriani
Institucio

ffairchilde induci non debeat etc. in presentia mei Thome Redman notarii publici etc.

Chelland Rectorie Institutio.

Quarto die mensis Decembris Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo secundo coram magistro Willelmo Aubrey Legum doctore officio vicariatus in Spiritualibus generalis una cum magistro Willelmo Clerke legum etiam doctore coniunctim et divisim legitime fungentibus Ad quos etc. que ad Episcopum Exon etc. constitutus personaliter Johannes Toker Clericus ad Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Chelland dicte Exon diocesis presentatus, articulis de quibus in Synodo London etc. consensum est Anno domini iuxta etc. millesimo Quingentesimo Sexagesimo secundo ad tollendum opinionum varietatem etc. manu sua propria in presentia dicti magistri Willelmi Aubrey subscripsit, Ac tunc prestito per eundem Johannem Toker iuramento de agnoscendo supremam regiam potestatem in causis ecclesiasticis etc. et de renunciando cuicunque forinsece potestati etc. iuxta formam Statuti etc. Et quod nulla Simoniaca conventio vel pravitate intervenit, vel alio modo dampnato et prohibito etc. se fatetur promisit etc. Necnon de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cant etc. et loci Ordinario etc. prefatus magister Willelmus Aubrey admisit eum ad dictam Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Chelland predictam per liberam et spontaneam resignationem Roberti [illegible] ultimi Rectoris et Incumbentis ibidem iam vacantem Ad quam per Thomam Chele de ffletedamerell in Com Devon generosum dicte Rectorie sive ecclesie parochialis verum et indubitatum ut dicitur patronum presentatus existit, Ipsumque Rectorem eiusdem etc. ac in et de eadem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archidiaconalibus etc. semper salvis Et acceptata per eum Cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cornubie eiusque Officiali vel alii cuicumque potestatem habenti etc. ad inducendum etc.

Sequestratio fructuum vicarie de ffremington Exon dioc.

Willelmus Aubrey et Willelmus Clerke Legum doctores officio vicariatus in Spiritualibus generalis et officialitatis principalis Curie Archiepiscopalis Cantuariensis legitime fungentes Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio Spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exon Sede plena pertinuit, ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere. **Dilectis** nobis in Christo Roberto ffoxe et Willelmo Wilkye gardianis ecclesie parochialis de ffremington dicte Exon diocesis Cantuariensisque provincie Salutem in domino sempiternam. **Cum** ut ex fide digna relatione accepimus vicaria perpetua ecclesie parochialis de ffremington predicte per mortem naturalem Thome Whitlocke Clerici ultimi vicarii et Incumbentis in eadem vacua existit, et vicario idoneo destituta, Curaque animarum dicte ecclesie in divinis officiis penitus inofficiata existit, prout de verisimili erit in futurum nisi de celeri remedio in hac parte consultius provideatur. **Nos igitur** volentes premissis conniventibus oculis preterire, sed ut pro officii nostri debito quatenus in nobis est subvenire volentes, omnes et singulos fructus, decimas, redditus, proventus obventiones commoditates et cetera Emolumenta quecunque ad dictam vicariam perpetuam quomodolibet spectantia et pertinentia huiusmodi vicaria ut prefertur vacante ex officio nostro duximus sequestrandum et huiusmodi Sequestri nostri custodiam vobis et utrique vestrum coniunctim et divisim committendum Justicia ita exigente. prout etiam sic sequestramus et vobis committimus per presentes. **Ad publicandum** igitur huiusmodi nostrum Sequestrum sic per nos interpositum omnibus et singulis quibus interest in hac parte, necnon ad colligendum, levandum, percipiendum et recipiendum, omnes et singulos fructus, decimas, proventus, redditus obventiones, commoditates et cetera Emolumenta ecclesiastica quecunque ad dictam vicariam perpetuam quoquo modo spectantia et pertinentia, Eaque et ea sic collecta levata et percepta sub salvo et tuto sequestro custodiendum et conservandum, ac que temporis mora de verisimili futura sunt deteriora iusto precio

alienandum et vendendum

alienandum et perditioni exponendum, atque de collectis levatis et perceptis huiusmodi Curate dicte vicarie in divinis officiis et aliis requisitis debite deserviri, ac omnia onera eidem vicarie incumbentia supportari faciendum et causandum. Ac de residuo sic collecto levato et percepto fidelem Compotum sive Ratiocinium quum ad hoc congrue fueritis requisiti iuste reddendum et faciendum. **Ceteraque** omnia alia et singula faciendum gerendum et expediendum que in hac parte de Iure necessaria fuerint seu quomodolibet requisita vobis et utrique vestrum coniunctim et divisim vices et auctoritatem nostras committimus per presentes beneplacito nostro duraturas quoad tamen duxerimus relaxandum. **In cuius** rei Testimonium Sigillum quo in similibus ad presens utimur presentibus apponi fecimus. **Dat** London Octavo die mensis Decembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo, Octavo.

Requisicio certificatorii ecclesie de Salforde dioc Bath et Wellen

Willelmus Awbrey Legum doctor Officio vicariatus in spiritualibus generalis et Officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuar etc. tunc fungens Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Bathon et Wellen Sede plena pertinebat Ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Dilectis nobis in Christo Johanni Allen et Willelmo Cowper parochianis de Salforde Bathon et Wellen dioc Cantuar provincie Salutem in auctore salutis Cum ut de fidedigna relacione accepimus ecclesia parochialis de Salforde dicte Bathon et Wellen dioc predicte per mortem naturalem Thome

Allen ult

[illegible] ob vacationem eiusdem [illegible] et verisimiliter in eadem vicaria existit absque curato
debitis divinis obsequiis dicta ecclesia parochialis in divinis officiis penitus destituta existit prout
etiam de verisimili erit in futurum nisi de aliquo remedio in hac parte congruo providentur
Nos igitur volentes premissis incommodis [illegible] sed ut pro officii nostri debito quatenus
in nobis est subvenire volentes Omnes et singulos fructus decimas redditus proventus obventiones
commoditates et cetera emolumenta quecumque ad dictam ecclesiam parochialem quomodolibet spectantia
et pertinentia ex officio nostro duximus sequestrandum et huiusmodi sequestri nostri custodiam vobis
committendum iustitia ita exigente prout etiam sic sequestramus et vobis tenore et dicimus committimus
per presentes Ad publicandum igitur huiusmodi sequestrum nostrum sic per nos interpositum omnibus et
singulis quibus interest in hac parte necnon ad colligendum levandum et recipiendum omnes et singulos
fructus decimas obventiones commoditates et alia emolumenta ecclesiastica quecumque ad
dictam ecclesiam parochialem quoquomodo spectantia et pertinentia [illegible] et ea sic collect levat et
recept sub salvo et tuto sequestro custodiendum et conservandum ac quo tempore mora de
verisimili futura sint deteriora iusto pretio alienandum et vendendum exponendum atque de
collectis levatis et receptis huiusmodi curam dicte ecclesie parochialis in divinis officiis et aliis ac
requisitis debite deserviri, ac omnia onera eidem ecclesie incumbentia supportari faciendum et
causandum, Ac de residuo sic collect levat et recept fidelem compotum sive ratiocinium
cum ad hoc congrue fueritis requisiti iuste reddendum et faciendum Ceteraque omnia et singula alia
faciendum gerendum et expediendum que in hac parte de iure necessaria fuerint seu quomodolibet
requisita vobis tenore et dicimus viros et curatos nostros committimus per presentes tantisper duratur
quod vos duxerimus relaxandum Aliquibus aliis prioribus literis Sequestratoriis in
fructibus et proventibus eiusdem ecclesie antehac quarumque auctoritate ordinaria vel nobis
inferiore interpositis in aliquo non obstantibus Quas huiusmodi serie revocamus et pro revocatis
haberi volumus per presentes In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur
presentibus apponi fecimus Dat London nono die mensis Julij Anno Domini 1582.

Vicesimo Octavo die mensis Julij Anno Domini 1582 / Coram domino Willelmo
Awbrey legum doctore officio vicariatus in spiritualibus generalis etc. tunc fungente Ad quem omnis
et omnimoda Jurisdictio etc. Ad Episcopum Bathon et Wellen Sede plena etc. Constitutus personaliter
Richardus Clement clericus ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Bridgewater dicte Bathon
et Wellen dioc debite producit presentatus Articulis de quibus in Synodo Londonensi
etc. conclusum est Anno domini iuxta etc. 1562 / Ad tollendam opinionum varietatem etc. manu sua
propria in presentia dicti magistri Willelmi Awbrey subscripsit Et tunc prestito per eundem Richardum
Clement iuramento de agnoscendo supremam regiam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus
et de renunciando omnimode forinsece potestati etc. iuxta formam Statuti etc. et quod nulla Symoniaca
conventione vel pravitate interveniente vel alio modo damnato vel prohibito etc. se presentari
procuravit etc. Necnon de Canonica obedientia domino Archiepiscopo Cant etc. ac loci Ordinario pro
tempore existenti etc. ac de continue et personali residentia in eadem vicaria etc. Prefatus magister
Willelmus / Awbrey admisit eum ad dictam vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Bridgewater
iam tunc vacantem Ad quam per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabeth
dei gratia Anglie Francie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. ipsius vicarie perpetue
ratione lapsus verum et indubitatum hac vice (ut dicitur) patronam presentatus extitit
Ipsumque vicarium eiusdem ac in et de eadem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis
Juribus Archiepiscopalibus Cant etc. et Episcopalibus Bathon et Wellen necnon ecclesie
Cathedralis et Metropolitice Christi Cant et ecclesie Cathedralis Wellen dignitatibus et
honoribus in omnibus semper salvis Et acceptata per eum cura animarum etc. Scriptum
fuit Archidiacono Wellen vel eius Officiali ad Inducendum eundem etc. Richardum Clement etc.
[illegible] tenore de non solvendo beneficii mandat huiusmodi pro sua inductione si quidam Edwardus
Drew Jus nuper sibi competere pretendens in dicta vicaria in humanis sit, Et deinde dat ad
petitionem.

Bridgewater vicarie Institucio

peticionem dicti Richardi Clement dictum eundem Edwardum Crafte si modo non sit mortuus
sed in rerum natura citandum fore personaliter si aliquem viis et modis etc ad comparendum in loco
domus ecclesie Cathedralis divi Pauli London etc viij die post etc ad proponendum interesse etc
et ad dicendum causam etc quare dictus Clement sic (ut prefertur) admissus etc induci
mandari non debeat etc cum intimacione etc

Camington vicarie Institucio

Undecimo die mensis Augusti Anno domini 1582 coram magistro Willelmo Awbrey
Legum doctore Officium vicariatus in spiritualibus generalis etc ecclesie fungente Ad quem omnis
et omnimoda Jurisdictio spiritualis etc ad Episcopum Bathon et Wellen Sede plena etc constitutus
personaliter Richardus Bennet clericus ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Camington
dict Bathon et Wellen dioc dantur presentatus Articulis de quibus in
Synodo Londonensi etc consensum est Anno domini iuxta etc 1562 Ad tollendum opinionum
varietatem etc manu sua propria in presentia dicti magistri Willelmi Awbrey subscripsit
Et tunc prestito per eundem Richardum Bennett iuramento de agnoscendo supremam regiam
potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus et de renunciando omnimodo forinseca potestati etc
iuxta formam Statuti etc et quod nulla Symoniaca convencio vel pactione intervenit
vel alio modo damnato vel prohibito etc se presentari procuravit etc necnon de canonica
obediencia domino Archiepiscopo Cant etc et loci Ordinario pro tempore existenti etc ac de continua
et personali residencia etc iuxta constituciones etc Prefatus magister Willelmus Awbrey
admisit eum ad dictam vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Camington per mortem naturalem
Willelmi Baytham clerici ultimi vicarii et incumbentis ibidem vacantem Ad quam per Georgium
Rogers militem ipsius vicarie perpetue verum et indubitatum (ut dicitur) patronum
presentatus extitit ipsumque vicarium eiusdem ac in et de eadem Instituit etc cum suis Juribus
et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus Cant et Episcopalibus Bathon et Wellen necnon
ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant et ecclesie Cathedralis Wellen dignitatibus et
honoribus in omnibus semper salvis. Et acceptata per eum cura etc etc Scriptum fuit
Archidiacono Taunton vel eius Officiali ad Inducendum eundem etc Richardum Bennet etc

Hinton Sancti Georgij ecclesia

Decimo Quinto die mensis Augusti Anno domini Millesimo Quingentesimo
Octogesimo Secundo coram magistro Henrico Jones legum doctore Surrogato venerabilis
viri magistri Willelmi Awbrey legum etiam doctoris Officium vicariatus in spiritualibus generali etc
ecclesie fungentis Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio etc ad Episcopum Bathon et Wellen Sede plena etc
constitutus personaliter Robertus Hardinge clericus ad ecclesiam parochialem de Hinton Sancti Georgij dict
Bathon et Wellen dioc dantur presentatus Articulis de quibus in Synodo Londonensi etc
consensum est Anno domini iuxta etc 1562 Ad tollendum opinionum varietatem etc manu sua propria
in presentia dicti magistri Willelmi Awbrey subscripsit Et tunc prestito per eundem Robertum
Hardinge iuramento de agnoscendo supremam regiam potestatem in causis ecclesiasticis et
temporalibus et de renunciando omnimodo forinseca potestati etc iuxta formam Statuti etc et
quod nulla Symoniaca convencio vel pactione intervenit vel alio modo damnato
vel prohibito etc se presentari procuravit etc necnon de canonica obediencia domino Archiepiscopo
Cant etc ac loci Ordinario pro tempore existenti etc Prefatus magister Henricus Jones admisit
eum ad dictam ecclesiam parochialem de Hinton Sancti Georgij per mortem naturalem ultimi rectoris
incumbentis ibidem iam vacantem Ad quam per Arthurum Hopton generosum ipsius ecclesie parochialis virtute et
obtentu cuiusdam Advocacionis Jurispatronatus per dominam Elizabetham Poulet viduam nuper uxorem
Hugonis Poulet militis defuncti sibi inde facte et concesse verum et indubitatum hac vice (ut dicitur)
patronum presentatus extitit ipsumque rectorem eiusdem ac in et de eadem Instituit etc cum suis iuribus
et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus Cant etc et Episcopalibus Bathon et Wellen necnon
ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant et ecclesie Cathedralis Wellen dignitatibus et honoribus
in omnibus

in omnibus semper salvis et acceptatis &c. In cuius rei &c. Scriptum fuit Archino Taunton vel eius Officiali ad inducendum eundem &c. Robertum Hardinge &c./

Sexto die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo Sexagesimo Secundo Coram venerabili viro domino Henrico Jones legum doctore Surrogato venerabilis viri magistri Willelmi Awbrey legum etiam doctoris Officio Vicariatus in Spiritualibus generalis &c. Ibidem fungentis ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio &c. ad Episcopum Bathon et Wellen Sede plena &c. Constitutus personaliter Edwardus Jackeson Clericus ad Vicariam de Newton Sainctlowe dioc Bathon et Wellen dioc Cant &c. predicte presentatus Articulis quibus in Synodo London &c. Consensum est Anno domini iuxta &c. 1562 Ad tollendum opinionum varietatem &c. manu sua propria in presentia domini mei Willelmi Awbrey subscripsit Et tunc prestito per eundem Edwardum Jackeson iuramento de agnoscendo supremam regiam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus et de renunciando omnimodis forinsecis potestatibus &c. iuxta formam Statuti &c. et quod nulla Symoniaca conventione vel pravitate interveniente vel alio modo damnato vel prohibito &c. se presentari procuravit &c. necnon de Canonica obedientia domino Archiepiscopo Cant &c. ac loci Ordinario pro tempore existente &c. Prefatus magister Henricus Jones admisit eum ad dictam Vicariam perpetuam de Newton Sainctlowe per mortem naturalem Crokes Clerici ultimi vicarii et incumbentis ibidem iam vacantem Ad quam per Edwardum Nevill de Newton Sainctlowe predicta Armigerum ipsius Vicarie patronum verum et indubitatum (ut dicitur) prenominatus presentatus existit Ipsumque Vicarium in et de eadem instituit &c. cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus Cant &c. et Episcopalibus Bathon et Wellen necnon Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant et Ecclesie Cathedralis Wellen dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis Et acceptatis &c. In cuius rei &c. Scriptum fuit Archino Bathon vel eius officiali aut alii ad quem attinet &c. ad inducendum eundem &c. Edwardum Jackeson &c./

Newton Sainctlowe Ecclesie Institutio

Willelmus Awbrey legum doctor Officio Vicariatus &c. Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio &c. Dilecto nobis in Christo Thome Carye Clerico Salutem in Auctore Salutis Ad peragendum Officium Curati perpetui in Ecclesia parochiali de Shepton dioc Bathon et Wellen dioc in partibus eiusdem aliisque ministeriis ecclesiasticis ad officium presbiteri pertinentibus iuxta formam descriptam in libro publicarum precum [illegible] Regni Anglie in ea parte edita et stabilita ac regiis iniunctionibus in ea parte publicatis et non aliter seu alio modo Tibi de cuius fidelitate morum integritate et sane doctrine confidimus Licentiam auctoritatem et facultatem in domino concedimus et impertimur [illegible] per presentes ad beneplacitum nostrum duntaxat duraturas Datum sub Sigillo quo in hac parte utimur Duodecimo die mensis Octobris Anno domini 1562./

Licentia ministrandi cure concessa Thome Carey Clerico

Willelmus Awbrey legum doctor Officio Vicariatus in Spiritualibus generalis et Officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cant Ibidem fungens ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Bathon et Wellen Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Dilecto nobis in Christo Richardo Clement Clerico in Artibus Bacchalaureo Salutem in Auctore Salutis Cum sicuti accepimus scientia vite probitate et aliis dotibus prudentie et virtutis de quibus nobis commendatus merito nos inducunt ut in commodum ecclesie exerceamus hec dona tibi divinitus data Ad predicandum igitur et exponendum verbum dei publice sermone latino vel vulgari Clero et populo in quibuscumque ecclesiis parochialibus et locis ad hec accommodatis et decentibus in et per totam Bathon et Wellen dioc [illegible] modo te laudabiliter gesseris Licentiam et

facultatem

Licentia predicandi concessa Richardo Clement Clerico in Artibus Bacch &c.

facultatem tibi tenore presentium concedimus et impartimur ad nostrum beneplacitum tantummodo duratur[am]
In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat London
[illegible] die mensis Octobris Anno Domini 1582

Lr̃a instruend Curat eccl[es]ie p[ar]och de Bridgewater Bathon et Wellen dioc

Willmus Awbrey legum doctor officio vicariatus in Spualibus gnalis
et officialitatis principalis Sedis Archiepalis Cant Ltime fungen Ad quem omnis et omnimoda
Jurisdictio Spualis et ecclesiastica que ad Epum Bathon et Wellen Sede plena pertinet
Ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Dilecto nobis in Xpo Richo Clement Clerico
Vicarij vicarie perpetue eccl[es]ie p[ar]ochialis de Bridgewater dict Bathon et Wellen dioc
Cant provincie Salutem in auctore salutis Ad peragend officium curati p[ar]ochie in dicta
p[ar]ochiali de Bridgewater predict in omnibus precibus [illegible], aliisque ministerijs ecclesiasticis
dicto officio pertinen iuxta formam descript in libro publicar precum auctoritate parliamenti
huius inclit Regni Anglie in ea parte publicat et non alio modo, Tibi de cuius
fidelitate morum integritate et sana doctrina confidimus Licentiam auctoritatem
et facultatem in dño concedimus et impertimur ac te ad infrascripta assumimus et
constituimus per presentes ad beneplacitum nostrum duntaxat duraturas In cuius rei testimonium
Sigillum nostrum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat London primo
Octavo die mensis Octobris Anno Domini 1582

Comissio ad admittend Johem fforde Clericum ad vicariam de Keinsham dioces Bathon et Wellen

Willmus Awbrey legum doctor officio vicariatus in Spualibus gnalis
et officialitatis principalis Sedis Archiepalis Cant Ltime fungens ad quem omnis et omnimoda Jur
Spualis et ecclesiastica que ad Epum Bathon et Wellen Sede plena pertinet Ipsa Sede iam
vacante notorie dinoscitur pertinere Dilecto nobis in Xpo mro Willmo Jones legum doctori Salutem
in auctore salutis Cum sicut ex fidedigna relatione accepimus vicaria perpetua eccl[es]ie p[ar]ochialis de
Keinsham dict Bathon et Wellen dioc per mortem naturalem ultimi vicarij et incumbent
ibm vacaverit et vacet in presenti Ad quam vicariam perpetuam sic vacan dilectum Johannem
fforde Clericum per   Bridges Armigerum ipsius vicarie perpetue verum et indubitat
ut dicitur patronum presentatus existit Ad admittend igitur prefatum Johem fforde ad dictam
vicariam perpetuam eccl[es]ie p[ar]och de Keinsham sic (ut premittitur) vacan ipsumque Johem
fforde in vicaria perpetua eccl[es]ie p[ar]ochialis de Keinsham predict cum suis iuribus et pertinen
universis rite et canonice instituend ac in realem actualem et corporalem possessionem ipsius
vicarie perpetue Juriumque et pertinentium suorum universorum induci faciend et mandand Curamque et
regimen animarum parochianorum ibm eidem Johanni fforde in dño committend recepto primitus Juramento
tum de agnoscend regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus et de
renunciand recusand et refutand omni et omnimode iurisdictioni auctoritati et superioritati
forinsecis iuxta vim formam et effectum Statuti parliamenti huius inclit Regni Anglie
in ea parte edit et provis quam etiam de canonica obedientia Dño Archiepo Cant modern et
Successoribus suis ac loci Ordinario pro tempore existen in omnibus licitis et honestis mandatis
per eum prestand et exhibend ac de continue et personali residend in eadem vicaria perpetua
iuxta constitutiones in ea parte editas et provisas Et etiam aliud quodcumque iuramentum
licitum et honestum ac de iure legibus et statutis huius regni Anglie in ea parte requisit
ab eodem Johanne fforde vice et nomine nostris recipiend et admittend Necnon eundem
Johem fforde Articulis de quibus in Synodo London tent assensu Archiepor
Epor et Cleri utriusque provincie Cant et Ebor consensum est Anno Dñi iuxta
computacionem eccl[es]ie Anglicane Millimo quingentesimo Sexagesimo Secundo Ad tollend
opinionum varietatem et confirmand [illegible] uniformem circa Religionem regia auct et
assensu publicat manu sua propria in presentia vestra ante admissionem suam ad dictam
vicariam perpetuam subscriber et assensum suum eis prebere vice et auct nostris videnda

[illegible]

Literas Testimoniales eidem Johanni fforde desuper faciend et concedend ceteraq omia alia et -
singula faciend exercend et expediend que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu
quomodolibet oportuna Tibi vices nras comittimus ac plenam in dno tenore pntiu concedimus
ptatem Volentes qd de omi eo qd in pmissis feceris nos aut alium Judicem in hac parte competen
quemcumq citra festum Sancti Thome Aplī prox futur post dat pntiu sub forma autentica
clausis certiores facere cures prout decet Salvis tamen et reservatis nobis et Officiarijs et
ministris nris ac dce Sedi Archiepali Cant omnibus feodis proficuis comoditatibus et emolumentis
quibuscumq ratione Admissionis Institucionis et Inductionis hmōi quoquomodo debit et -
competen pntibus lris nris comissionalibus aut contentis in eisdem in aliquo non obstan -
In Cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac pte utimur pntibus apponi fecimus Dat
London vicesimo nono die mensis Octobris Anno Dni Millimo quingenmo octogenmo -
Secundo

Emanavit similis comissio mro Willmo Jones antedicto ad admittend -
Jacobum Harris ad ecclīam rochialem de Sawforde als Saltforde per mortem naturalē
Thome Allen vacan Ad quam p Johem Duncombe mercatorem scissorem Civitatis
London ipius ecclīe vigore cuiusdam Advocacionis p Mauricium Rodney Armigerum e
hac vice promū presentatus existit que quidem Comissio dat est xxvto Novembr
1582

Comissio ad admittend Jacobu Harrys ad ecclīam Rectoriam de Sawforde —

Willmus Awbrey legum doctor officio Vicariatus in spualibus gnalis
et officialitatis principalis Sedis Archiepalis Cant Ltime fungen Ad quem omis et omimod
Jurisdiccio spualis et ecclīastica que ad Epum Bathon et Wellen Sede plena ptinuit Ipa Sede
iam vacante notorie dinoscitur ptinere Dilectis nobis in xpo Mris Phillippo Bisse sacre
theologie professori ac in ecclīa Cath Wellen Canonico residentiario Willmo Jones
legum doctori in eadem etiam Ecclia Cathedrali Canonico residentiario et Isaaco Upton
Artiu mro legumq Bacchro ad exercend Jurisdiccionem ecclīasticam Epalem in
dict Bathon et Wellen Sede Epali ibm vacan coniunctim et divisim sufficienter authorizat
vel eorum Surrogat Salutem in Auctore salutis Lrarum scientia praxis in rebus forensibus
aliaq virtutum et probitatis dona quibus ex fidedignorum relacione et commendacione Dilectus nobis -
in xpo David Sawndy notarius publicus insignitur nos merito inducunt ut
personam illius favore benevolo prosequamur Eidem igitur David sic (ut pfertur)
nobis commendato tenore presentium vigore authoritatis qua in hac parte fungimur
concedimus et indulgemus ut in numerum Procuratorum generalium Curie Consistorij Bathon
et Wellen recipi et admitti, ac in eadem procuratoris officium exercere valeat
Ipsumq procuratorem dicte Curie admittend, atq in numerum procuratorum -
generalium in eadem Curia aggregand Vobis coniunctim et divisim vices nras Comittimus
et plenam in dno tenore presentium potestatem facimus et facultatem damus In
Cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus
Dat London vicesimo secundo die mensis Novembris Anno Dni 1582

Comissio ad Admittend David Sawndy notarium pubcu in numero procurat Curie Cons Wellen

Primo die mensis Decembris Anno Dni 1582 coram magro Willmo Awbrey -
legum doctore Officio Vicariatus in Spualibus gnali ac Ltime fungen Ad quem omis et -
omimod Jurisdiccio ac ad Epum Bathon et Wellen Sede plena ac constitutus personalr Ricardus Stirrus Artiu magr ad vicariam ppetuam ecclīe parochialis de Estbrint Dioc Bathon et
Wellen dict Cant provincie pntatus Articulis de quibus in Synodo Londonien
ac consensu est Anno Dni mill ac 1562 ad tollend opinionum varietatem ac manu sua
propria

Estbrint vicar Institucio —

propria in presentia dicti mri Willmi Aubrey subscripsit Et tunc prestitit per eundem Thomam Cooke iuramento de agnoscend supremā Regiam ptatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, et de renuntiand eiusd forrencc ptati &c iuxta formam Statuti &c et qd nulla Symoniaca convencione vel pravitate intervenienti vel alio modo damnato vel prohibito &c se presentari procuravit &c necnon de canonica obedientia dno Archiepo Cant &c ac loci ordinario pro tempore existen &c ac de continue et personali residend &c Quibus factis Mr Willmus Aubrey admisit eund Thomam Cooke ad dictam vicariam perpetuam ecclie pochis de Estbrint per liberam et spontaneam resignacionem Jacobi Cottington Clici ultimi vicarij et incumbentis ibm vacan ad quam per Illmam in xpo principem et dnam nram dnam Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensor &c ipius vicarie patronam veram et indubitatam Iure prerogativa Corone sue regie ratione vacacionis Sedis Epalis ibidem hac vice et dicitur) prout asseritur presentatus extitit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis Iuribus et ptinen vniversis Iuribus Archiepalibus Cant et Epalibus Bathon et Wellen necnon Eccliae Cathis et Metropolitice xpi Cant, et eccliae Cathis Wellen dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis Et acceptata per eum cura Rpe &c Scriptum fuit Archino Wellen vel eius officiali ad inducend eundem &c Thomam Cooke &c

Comissio ad admittend Robtm Tompson in numerum procuratorum Curie Cons Bathon et Wellen

Willmus Aubrey legum doctor officio vicariatus in spualibus gnali et officialitatis principalis Sedis Archiepalis Cant etiam fungens Ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio spualis et ecclesiastica que ad Epum Bathon et Wellen Sede plena ptinuit ipsa Sede iam vacan notorie dinoscitur ptinere Dilectis nobis in xpo Phillippo Bisse sacre Theologie professori ac in Ecclia Cathi Wellen Canonico residentiario Willmo Iude legum doctori in eadem etiam Ecclia Cathi Canonico residentiario et Isaaco Upton Artium mro cuique Barthe ad exercend Iurisdicionem ecclasticam Epalem in dioc Bathon et Wellen Sede Epali ibm vacan coniunctim et divisim sufficienter auctorizat vel eorum Surrogato Salutem in auctore Salutis Cum ex frequentia pravis in rebus gerend aliisque virtutum et probitatis donis quibus ex fidedignorum relacione et commendatione Dilectus nobis in xpo Robtus Thompson traditur insignitur nos merito inducunt ut personam illius favore benevolo prosequamur Eidem igitur Robto Thomson sic ut pfertur nobis commendato tenore presentium vigore auctoritatis, qua in hac parte fungimur concedimus et indulgemus ut in numerum procuratorum generalium Curie Cons Bathon et Wellen recipi et admitti ac in eadem procuratoris officium exercere valeat Ipsumque procuratorem dicte Curie admittend atque in numero procuratorum generalium in eadem Curia aggregand durante beneplacito nro et quamdiu se in officio eodem bene et laudabiliter gesserit vobis coniunctim et divisim vices nras committimus et plenam in dno tenore presentium ptatem facimus et facultatem damus In cuius rei testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat London quinto die mensis Decembris Anno dni 1572

Comissio ad admittend Thomā Browninge ad vicar perpetua ecclie pochis de Compton Dundon in Com Somersett

Willmus Aubrey legum doctor officio vicariatus &c Ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio &c que ad Epum Bathon et Wellen &c Dilecto nobis in xpo Phillippo Bisse sacre theologie professori ac in Ecclia Cath Wellen Canonico Residentiario Salutem in auctore Salutis Cum vti ex fidedigna relacione accepimus vicaria perpetua ecclie pochis de Compton Dundon in Com Somersett Bathon et Wellen dioc Cant provincie per resignacionem Richardi Smyth clici ultimi vicarij et incumbentis ibm vacaverit et vacet in presenti Ad quam per Johannem Wolley Armigerum dne nre Regine in lingua latina Secretarium ipius vicarie patronum verum et indubitatum ut dicitur) prout quendam Thomas Browninge clicus presentatus existit et

valetudinis

valetudinis adversae occasione ad hanc Civitatem Londonensem accedere commode non possit Ad admittendum
igitur prefatum Thomam Browninge clericum ad dictam vicariam ecclesie parochialis de Compton Dundon
predicte (si ut pretenditur) vacantem, si eum habilem et idoneum moribus etate et litteratura inveneris ac
ipsumque Thomam Browninge in dicta vicaria perpetua cum suis Juribus et pertinentiis universis rite et
canonice instituendum ac in realem actualem et corporalem possessionem ipsius vicarie perpetue ac
Juriumque et pertinentium suorum universorum induci mandandum et faciendum Curamque et regimen animarum parochianorum
ab eodem Thome Browninge in dicta committendum Necnon Juramentum tam de renunciando
recusando et refutando omnem et omnimodam Jurisdiccionem authoritatem et superioritatem forinsecas, ac de agnoscendo
regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus juxta vim formam et effectum statuti
parliamenti huius inclyti regni Anglie in ea parte editi et provisi ac de canonica obedientia domino Archiepiscopo
Cant moderno et Successoribus suis et loci Ordinario pro tempore existenti in omnibus licitis et honestis
mandatis per eum prestando et exhibendo et de continua et personali residendo in eadem vicaria perpetua
juxta constitutiones in ea parte editas et provisas quin etiam quodcumque aliud sacramentum licitum et honestum
ac de jure legibus et statutis huius Regni Anglie in ea parte quomodolibet requisitum ab eodem Thome
Browninge vice et auctoritate nostris recipiendum et admittendum Necnon eundem Thomam Browninge articulis
de quibus in Synodo Londoniensi de assensu Archiepiscoporum Episcoporum et Cleri utriusque provincie Cant
et Ebor concessum est Anno domini juxta computacionem ecclesie Anglicane 1562 Ad tollendum opinionum
varietatem et confirmandum veram uniformem Christi religionem regia auctoritate et assensu publicatis
manu sua propria in presentia tua ante admissionem suam subscribere et assensum suum sic prebere
vice et auctoritate nostris videndum Literasque Testimoniales eidem Thome Browninge desuper (si opus
fuerit) faciendum et concedendum Ceteraque omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que
in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Tibi de cuius fidelitate
sana doctrina conscientie puritate in hiis et aliis plurimum confidimus vices nostras committimus
et plenam in dicto tenore presentium concedimus potestatem Volentes quod de omni eo quod in premissis feceris
nos aut alium Judicem in hac parte competentem quemcumque citra festum Sancti Blasii proxime futurum
post datam presentium sub autentica forma certiores facere cures Salvis tamen et reservatis
nobis et officiariis ac ministris nostris et dicte Sedi Archiepiscopali Cant omnibus et singulis feodis
proficuis commoditatibus et emolumentis quibuscumque racione Admissionis et Institucionis huiusmodi
quoquomodo debitis et competentibus presentibus literis nostris Commissionalibus aut contentis in eisdem
in aliquo non obstantibus In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus
apponi fecimus Dat London vicesimo die mensis Novembris Anno domini 1582
Supradictus magister Wisst xxvijmo Novembris 1582 vigore commissionis predicte admisit
clericum predictum juxta tenorem commissionis ac in presentia David Sarney notarii publici etc. ut
apparet per certificatorium dat xvijo Decembris 1582 penes hoc registrum remanens /

Certificatorium super Institucione vicarie de Compton Dondon

Venerabili et Egregio viro magistro Willelmo Awbrey legum doctori officio vicariatus
in Spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cant legitime fungenti ad quem
omnis et omnimoda Jurisdiccio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Bathon et Wellen sede plena
pertinuit eadem Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Phillippus Wisst sacre Theologie
Doctor ad infrascripta commissarius vester sufficienter et legitime fulcitus omnimodam obedientiam et reverentiam
tanto venerabili viro debitas cum condigna tanti honoris reverentia tenore presentium innotescimus
et significamus quod vicesimo septimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo quingentesimo
Octogesimo secundo iam currente in Aula domus solite habitacionis mei Phillippi Wisst commissarii
predicti infra Civitatem Wellen notorie sit et situat pro tribunali sedentis inter horas ijam
et tertiam post meridiem eiusdem diei personaliter comparuit quidam Thomas Browninge
clericus et ex parte reverentie vestre literas quasdam commissionales nobis directas pro expedicione
Admissionis et Institucionis eiusdem Thome Browninge in vicaria perpetua ecclesie parochialis
de Compton Dundon tunc (ut asseruit) vacante Ad quam vobis per venerabilem virum Johannem
Walley Armigerum domine nostre Regine in lingua latina Secretarium ipsius vicarie

perpetue

perpetue (ut dicitur) vere patrone putatus exhibuit presentavit et petiit quatenus omnem
executionem earundem in nos assumeremus ac procedendum iuxta vim formam tenorem
et effectum earundem decerneremus quibus quidem literis per David Carew notarium
publicum ex mandato nostro alta voce lectis Nos ob reverentiam tanti domini executionem
literarum huiusmodi commisse in nos assumpsimus ac secundum vim formam tenorem et
effectum earundem procedendum fore decrevimus Dictumque David Carew notarium
publicum actorum nostrorum in hac parte Scribam et Registrarium tunc et ibidem
assumpsimus et ad literarum predictarum commisse expedicionem in hunc qui sequitur modum processimus
Verificatum predictum Thomam Browninge per examinationem nostram habilem idoneum moribus etate et
litteratura invenientes eundem ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Compton Dandon
predicte admisimus atque in eadem vicaria de Compton Dandon predicta die et loco supradictis
cum suis Iuribus et pertinentiis universis rite et canonice instituimus et investimus ac pro eius
Inductione in realem actualem et corporalem possessionem ipsius vicarie perpetue Iuriumque
et pertinentium suorum universorum venerabili viro magistro Valentino Dale legum doctori decano ecclesie
Cathedralis Wellensis eiusque Officiali prout ab antiquo consuevit scripsimus eundem in eadem
vicaria perpetua de Compton Dandon predicta induci mandavimus Literasque Institucionis
admissionis et mandatorias ad inducendum ad vicariam predictam Sigillo nostro Sigillatas eidem
Thome Browninge fecimus curamque et regimen animarum parochianorum ibidem eidem in domino
commisimus Recepto primitus iuramento renunciando recusando et refutando omnem et omnimodam Iurisdictionem
authoritatem et superioritatem forancas ac de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis
ecclesiasticis et temporalibus iuxta vim formam et effectum Statuti parliamenti huius inclyti
Regni Anglie in ea parte editi et provisi ac de canonica obedientia domino Archiepiscopo Cant
moderno et Successoribus suis ac loci Ordinario pro tempore existenti in omnibus licitis et honestis
mandatis per eum prestando et exhibendo ac de continua et personali residentia in eadem vicaria
perpetua iuxta constituciones in ea parte editas et provisas deque non locando dictam vicariam
suam de Compton Dandon predictam nec aliquam inde partem sine expresso consensu
et assensu domini Archiepiscopi Cant sive Episcopi Bathon et Wellen eorumve Successorum pro
tempore existentium ad id prius in scriptis obtento aliqualiter quam per canones nuper in ea parte
salubriter editos et provisos et leges et Statuta inclyti regni Anglie Cautum existit
Necnon de Symonia per eum in hac parte vel ullam aliam interpositam personam directe
seu indirecte non commissa nec in posterum aliqualiter committenda eidem ministravimus.
Articulisque de quibus in Synodo Londoniensi per assensum Archiepiscoporum Episcoporum et aliorum
utriusque provincie Cant et Eboracen consensum est Anno domini iuxta computacionem ecclesie
Anglicane millesimo quingentesimo Sexagesimo Secundo Ad tollendam opinionum varietatem
et confirmandum verum et uniformem cum religione regia auctoritate et assensu publicatis
manu sua propria in presentia nostra subscripsit et assensum suum pariter et consensum eisdem
prebuit Literasque Testimoniales eidem Thome Browninge super subscriptione et assen-
su in hac parte decrevimus et fecimus ceteraque in premissis necessaria iuxta
iuris in ea parte exigentiam peregimus Iuribus et consuetudinibus Episcopalibus Bathon et
Wellen et Ecclesie Cathedralis Wellen predicte dignitatibus et honore in omnibus semper salvis
In quorum omnium et singulorum premissorum maiorem fidem et Testimonium Nos Phillippus
Bisse Commissarius predictus in hac parte predictus has literas sive hoc presens Instrumentum publicum
totum et integrum processum nostrum in huiusmodi negotio coram nobis habitum et factum in se continentes
sive continens in hanc publicam et authenticam formam de mandato nostro redigi signoque
Tabellionali et Subscriptione solitis et consuetis dicti Davidis Carew notarii publici
nostri in hac parte actorum scribe Sigilloque nostro quo utimur in hac parte appensione
communiri et corroborari fecimus et iussimus Acta fuerunt hec omnia et singula prout
suprascribuntur et recitantur die hora et loco suprascriptis Dat quoad Sigillacionem
presentium decimo sexto die mensis decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo
Octogesimo Secundo.

Et Ego David Sarney Glocestren Dioces notarius Authoritate regia publicus prefati venerabilis viri in hac parte Actorum scriba Quia prefate dimissioni exhibicioni atque omnibus eiusdem receptioni et Assumptioni Admissioni institucioni prefati Thome Browninge ad vicariam de Compton Dundon predict ceterisque omnibus et singulis premissis personaliter interfui premissaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi Ideo has literas Testimoniales processus predict omniaque et singula acta facta habita gesta in huiusmodi negotio continentes manu propria scripsi de mandato dicti venerabilis viri mri Phillippi Bisse dimissionis audivi confeci Signoque nomine et cognomine meis solitis et consuetis signavi eisdemque subscripsi in fidem et Testimonium

David Sarney notarius publicus

Northstoke Ecclie Institucio

Vicesimo Octavo die mensis January Anno domini iuxta etc 1582 coram mro Willmo Awbrey legum doctore officio vicariatus in Spiritualibus generalis etc tunc fungente Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica etc Ad Episcopum Bathon et Wellen Sede plena etc Constitutus personaliter Rodericus Llywellyne clericus ad ecclesiam parochialem de Northstoke dicte Bathon et Wellen dioc Cantuarque provincie prefatus Articulis de quibus in Synodo Londonensi etc consensum est Anno domini iuxta etc 1562 Ad tollendam opinionum varietatem etc manu sua propria in presentia dicti mri Willmi Awbrey subscripsit Et tunc prestito per eundem Rodericum Llywellyne iuramento de agnoscenda supremam regiam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, et de renuntianda omni forinseca potestate etc iuxta formam Statuti etc et quod nulla Symoniaca convencione vel pravitate interveniente vel alio modo damnato vel prohibito etc se presentari procuravit etc Necnon de Canonica obedientia domino Archiepiscopo Cant moderno etc ac loci ordinario pro tempore existenti etc Prefatus magister Willmus Awbrey admisit eum ad dictam ecclesiam parochialem de Northstoke per mortem naturalem ultimi Rectoris et incumbentis ibidem iam vacantem Ad quam per fellmam in Xpo principem et dominam nostram Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Reginam fidei defensorem ipsius ecclesie parochialis verum et indubitatum (ut dicitur) patronum presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit etc cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archidiaconalibus et Episcopalibus necnon ecclesie Cathedralis et metropolitice Cant et ecclesie Cathedralis dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis Et acceptata per eum cura animarum etc Scriptum fuit domino Archidiacono Bathon ad inducendum eundem Rodericum Llywellyne etc

Thornefawcon Ecclie Institucio

Vicesimo nono die mensis January Anno domini iuxta etc 1582 coram mro Willmo Awbrey legum doctore officio vicariatus in Spiritualibus generalis etc tunc fungente Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis etc Ad Episcopum Bathon et Wellen Sede plena etc Constitutus personaliter Radulphus Dell clericus ad ecclesiam de Thornefawcon dicte Bathon et Wellen dioc Cantuarque provincie prefatus Articulis de quibus in Synodo Londonensi etc consensum est Anno domini iuxta etc 1562 Ad tollendam opinionum varietatem etc manu sua propria in presentia dicti mri Willmi Awbrey subscripsit Et tunc prestito per eundem Radulphum Dell iuramento de agnoscenda supremam regiam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus et de renuntianda omni forinseca potestate etc iuxta formam Statuti etc et quod nulla Symoniaca convencione vel pravitate interveniente, vel alio modo damnato vel prohibito se presentari procuravit etc Necnon de Canonica obedientia domino Archiepiscopo Cant etc ac loci Ordinario pro tempore existenti etc Prefatus magister Willmus Awbrey admisit eum ad dictam ecclesiam parochialem per mortem naturalem Henrici Soyler clerici ultimi Rectoris et incumbentis ibidem vacantem ad quam per Edmundum Capell de Hadham Parva in com Hartf Armigerum ipsius ecclesie parochialis verum et indubitatum (ut dicitur) patronum presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit etc cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus Cant etc et Episcopalibus Bathon et Wellen Necnon ecclesie Cathedralis et metropolitice Xpi Cant et Ecclie Cathedralis Wellen dignitatibus et honoribus in omnibus

semper salvis Et acceptata per eum cura dicat etc Scriptum fuit Archino Cantuar vel eius
Officiali ad inducend eundem Radulphum Dell etc

Orcharde Ecclie
Institucio

Duodecimo

die mensis ffebruarij Anno dni iuxta etc 1582 coram mro Thoma Jones
legum doctore Surrogato venerabilis viri mri Willmi Awbrey legum doctoris officii vicarii
in spualibus generalis etc Tunc fungen ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio etc ad Epum Bathon et
Wellen Sede plena etc Constitutus personaliter Johannes Jones clericus Artium magr ad Ecclesiam
parochialem de Orcharde dict Bathon et Wellen dioc Cantuar provincie prestitutis articulis
de quibus in Synodo Londonien etc conclusum est Anno dni iuxta etc 1562 Ad tollend opinionum
varietatem et confirmand etc manu sua propria in presentia dci mri Willmi Awbrey subscripsit
Et tunc prestito per eundem Johem Jones iuramento de agnoscend supremam regiam potestatem in
causis ecclesiasticis et temporalibus et de renunciand omnibus forincis potestatibus etc iuxta formam statuti etc
et quod nulla Symoniaca pactione vel pravitate interveniente vel alio modo damnato
vel prohibito etc se presentari procuravit etc necnon de Canonica obedientia dno Archiepo Cantuar
etc ac loci Ordinario pro tempore existen etc Prefatus magr Willmus Awbrey admisit eu
ad dictam Ecclesiam parochialem de Orcharde per liberam et spontaneam Resignationem Willmi
Bridge clerici ultimi incumbentis ibm vacan ad quam per dnm Henricum Portman militem
eiusdem Ecclie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum presentatus extitit ipsumque Rectorem eiusdem
et in eadem instituit etc cum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepalibus Cantuar etc
et Epalibus Bathon et Wellen necnon Ecclie Cathis et Metropoliticae Xpi Cantuar et
Ecclie Cathis Bathon et Wellen dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis
Et acceptata per eum cura dicat etc Scriptum fuit Archino Cantuar vel eius Officiali
ad inducend eundem etc Johem Jones etc

Yatton vicarie
Institucio

Decimo septimo

die mensis ffebruarij Anno dni iuxta etc 1582 Coram dno
Willmo Awbrey legum doctore officio vicariatus in spualibus generalis etc Tunc fungen
ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio etc ad Epum Bathon et Wellen Sede plena etc Constitutus
personaliter Johes Jones clericus ad vicariam perpetuam ecclie parochialis de Yatton dict Bathon et
Wellen dioc Cantuar provincie prestitutis Articulis de quibus in Synodo Londonien
etc conclusum est Anno dni iuxta etc 1562 Ad tollend opinionum varietatem etc manu
sua propria in presentia dicti dni Willmi Awbrey subscripsit Et tunc prestito
per eundem Johannem Jones iuramento de agnoscend supremam regiam potestatem in
causis ecclesiasticis et temporalibus et de renunciand omnibus forincis potestatibus etc iuxta
formam Statuti etc et quod nulla Symoniaca pactione vel pravitate interve-
niente vel alio modo damnato vel prohibito etc se presentari procuravit etc necnon de
Canonica obedientia dno Archiepo Cantuar etc ac loci Ordinario pro tempore existen etc ac
de continua et personali residentia etc Prefatus magr Willmus Awbrey admisit eu
ad dictam vicariam perpetuam ecclie parochialis de Yatton per liberam et spontaneam
Resignationem Thome Wryte clerici ultimi vicarij et incumbentis ibm vacan Ad quam
per Henricum Portman militem eiusdem vicarie perpetue virtute cuiusdam advocationis
Jurispatronatus eiusdem per Sampsonem Rowley clericum prebendarium Canonicatus et
prebende de Yatton in ecclia Cathis Wellen fundat sibi inde fact et concesse verum et indubitatum (ut
dicitur) patronum presentatus extitit ipsumque vicarium eiusdem ac in et de eadem instituit etc cum suis
Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepalibus Cantuar etc et Epalibus Bathon et Wellen necnon Ecclie
Cathis et Metropoliticae Xpi Cantuar et Ecclie Cathis Wellen dignitatibus et honoribus in
omnibus semper salvis Et acceptata per eum cura Animarum etc Scriptum fuit
Archino Wellen vel eius Officiali vel alij cuicumque ad quem in hac parte attinet
etc ad inducend eundem Johannem Jones etc.

Sequestracio fructuum vicarie ecclesie de Widcombe iuxta Batho

Willmus Awbrey legum doctor officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cant' ltime fungens Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Bathon' et Wellen' Sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Dilectis nobis in Christo Thome Bigge et Willelmo Saye parochie de Widcombe iuxta Batho dioc' Bathon' et Wellen' dicte Cant' provincie Salutem in auctore Salutis Cum vti (ex fidedigna relacione accepimus vicaria perpetua ecclesie parochialis de Widcombe predict' per mortem naturalem Henrici Adams olim vltimi vicarij et incumbentis in eadem vacua existit, et vicario idoneo destituta cuius pretextu vicaria perpetua in divinis officijs et alijs requisitis penitus inofficiata existit, et etiam de verisimili erit in futur' nisi de celeri remedio in hac parte congruo provideatur, Nos igitur nolentes premissa conniventibus oculis pertransire sed vices pro officij nostri debito quatenus in nobis est subvenire, volentes omnes et singulos fructus decimas redditus proventus, obvenciones, commoditates et cetera emolumenta quecunque ad dictam vicariam perpetuam quomodolibet spectant' et pertinent' ex officio nostro duximus sequestrand', et huiusmodi sequestri nostri custodiam vobis coniunctim et divisim committend' iusticia ita exigente, prout etiam sic sequestramus et vobis committimus per presentes Ad publicand' igitur huiusmodi sequestrum nostrum sic per nos interposit' omnibus et singulis quibus interest in hac parte Necnon de colligend' levand' et percipiend' omnes et singulos fructus decimas obvenciones commoditates et emolumenta ecclesiastica quecunque ad dictam vicariam perpetuam quoquomodo spectant' et pertinent' eaque et ea sic collecta levata et percepta sub salvo et tuto sequestro custodiend' et conservand' ac que temporis mora de verisimili futura sunt deteriora iusto precio alienand' et vendicioni exponend', Ac de collectis levatis et perceptis huiusmodi curam dicte vicarie et ecclesie parochialis in divinis officijs et alijs requisitis debite deserviri ac omnia onera eidem ecclesie incumbentia supportari faciend' et causand' Ac de residuo sic collect' levat' et percept' fidelem compotum sive raciocinium cum ad hoc congrue fueritis requisiti iuste reddend' et faciend' ceteraque omnia et singula alia faciend' gerend' et expediend' que in hac parte de iure necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna et requisita vobis coniunctim et divisim vices et auctoritatem nostras committimus per presentes tantummodo duratur' quousque duxerimus relaxand' Aliquibus alijs precedentibus literis Sequestratorijs in fructibus et proventibus eiusdem vicarie ante hac quacunque auctoritate ordinaria vel nobis inferiori interposit' in aliquo non obstan' quas harum serie revocamus et pro revocatis haberi volumus per presentes In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte vtimur presentibus apponi fecimus Dat' London' quinto die mensis Marcij Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo Octogesimo Secundo /

Commissio ad admittend' Richum Tyne clericum ad ecclesiam parochialem de Kilmington als Culmington dioc' Bathon' et Wellen'

Willmus Awbrey legum doctor officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cant' ltime fungens Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Bathon' et Wellen' Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Dilectis nobis in Christo magistro Phillippo Bisse sacre Theologie professori ac in ecclesia Cathedrali Wellen' Canonico Residentiario Willelmo Jones legum doctori in eadem etiam ecclesia Cathedrali Canonico Residentiario et Isaaco Upton Artium magistro [illegible] Bathe Salutem in auctore salutis, Cum vti ex fidedigna relacione accepimus ecclesia parochialis de Kylmington als Culmington dioc' Bathon' et Wellen' dicte Cant' provincie per liberam et spontaneam Resignacionem Jacobi Jewell olim vltimi Rectoris et incumbentis in eadem iam diu vacaverit et vacet in presenti Ad quam quidem ecclesiam parochialem iam vacantem quidam Richardus Tyne clericus per Willelmum Byrde de Crayt fume in Com' Midd generosum ipsius ecclesie parochialis verum et indubitatum (vt dicitur) patronum nobis presentatus existat Ad admittend' igitur eundem Richardum Tyne ad dictam ecclesiam parochialem de Kilmington als Culmington sic (vt premittitur) vacantem modo sciencia, moribus et ordinibus idoneus reperiatur, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem cum suis Juribus et pertinentiis vniversis rite et canonice instituend' ac in realem actualem et corporalem

possessionem eiusdem ecclie parochialis Iuriumque et pertinencium suorum universorum induci mandand et faciend Curam
et Regimen Animarum parochianorum ibm ei in dno committend Ceterum iuramentum tam de agnoscend
regiam supremam potestatem in causis ecclasticis et spiritualibus et de renunciand recusand et refutand
om et omnimod potestatem auctem Iurisdiccionem et superioritatem forinsecas iuxta vim formam et effectum
Statuti parliamenti huius inclit regni Anglie in ea parte edit et provisi Ceterum de Canonica
obedien Reverendissimo patri dno Archiepo Cant moderno et Successoribus suis ac loci Ordinario pro
tempore existen in omnibus licitis et honestis mandatis per eum prestand et exhibend quam etiam
quodcumque aliud Iuramentum licitum et honestum ac de iure legibus et Statutis huius Regni Anglie
in ea parte requisit ab eodem dicto Tyus vice et auctoritate nra recipiend Ceterum eundem dictum
Tyus Articulis de quibus in Synodo Londonensi de assensu Archiepiscoporum Episcoporum et cleri
utriusque provincie Cant et Ebor consensum est Anno dni iuxta computacionem Ecclie
Anglicane Millesimo quingentesimo Sexagesimo Secundo Ad tollend opinionum varietat
et confirmand veram Uniformitatem circa religionem regia auctoritate et assensu publicat manu
sua propria in presentia vra aut alterius vrum cuiuscumque ante admissionem suam subscriben
et assensum suum eis prebere vice et auctoritate nra videnda, ac literas testimoniales eidem dicto
Tyus faciend et concedend Ceteraque omnia et singula alia faciend exercend et expediend
que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vobis coniunctim et divisim
vices nras committimus ac plenam in dno tenore presentium concedimus potestatem volentes quod
de omni eo quod in premissis feceritis nos aut alium Iudicem in hac parte competentem quandocumque
citra festum Sancti Alphegi prox futurum post dat presentium sub forma autentica
Clero et populo in quibuscumque ecclesiis parochialibus et locis aliis [illegible] et decentibus in et per
provinciam Cant. ubilibet constitut., modo et laudabiliter [illegible] Licentiam et facultatem ~
tibi tenore presentium concedimus et impertimur [illegible] ad nostrum bene placitum duntaxat ~
duratur. **In cuius** rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus
apponi fecimus. Dat. Octavo die Mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo ~
Tricesimo Tertio/

Venerabilibus Viris Decano et Capitulo

Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant. Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis ~
et ecclesiastica que ad Archiepiscopum Cantuar. sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante ~
notorie dinoscitur pertinere, vester in spiritualibus vicario generali et officiali principali ~
seu custodi spiritualitatis Archiepiscopalis et sedis Cantuar. iam vacant. legitime constitut./ ~

vester humilis **Stephanus Lakes** legum doctor Reverendi [illegible] Archiepiscopi Cantuarien Officialis legitime constitutus omnimodas reverentiam et obedientiam debitas **Cum** nos in quadam causa diffamationis sive convicii que coram nobis in Judicio inter Joannem Hillet viduam parochie de Eltham Cantuar diocesis partem agentem et querelantem ex una et Magdalenam Woode uxorem Thome Wood parochie de Eltham predicte partem ream et querelatam partibus ex altera vertebatur et pendet indecisa rite et legitime procedentes prefatam Magdalenam Wood in non solvendo prefate Joanne Hillet sive eius procuratori per ipsam in huiusmodi causa legitime constituto et comparenti summam Quadraginta trium solidorum et quatuor denariorum legalis monete Anglie pro expensis litis huiusmodi alias per nos legitime taxat' ut certificamus de solvendo easdem monitionem nostram sibi legitime fact' ad petitionem partis dicte Joanne Hillet pronunciaverimus contumacem, et in penam contumacie sue huiusmodi excommunicaverimus in scriptis ac pro excommunicata palam et publice in ecclesia parochiali de Eltham predicte iuxta iuris exigentiam denunciari et declarari fecerimus iustitia id poscente, **Cumque** dicta Magdalena Wood in huiusmodi Sententia excommunicationis per quadraginta dies et ultra post denunciationem huiusmodi contumaciter perseveravit et adhuc perseverat Jurisdictionem ecclesiasticam nequiter contemnendo, **Vobis** igitur vestrisque reverentiis supplicamus et instanter rogamus quatenus ad ipsius Magdalene Wood sic excommunicate obstinatiam reprimendam Regie maiestati pro corporis ipsius Magdalene Wood sic excommunicate captione iuxta hunc regni Anglie consuetudinem hactenus in similibus usitatam scribere dignemini, ut quem timor Dei pene ecclesiastice a contemptu non revocat saltem coerceat et compellat Animadversio pene corporalis a sua maiestate infligenda, quorum ad populi Regimen et Regni sui tranquillitatem diu conservet prosperam, clementia divina diu [illegible] **In cuius** rei Testimonium Sigillum Officii nostri predicti presentibus apponi fecimus Dat decimo quinto die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo Octogesimo Tertio

Decimo, Nono, die, Mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo Octogesimo Tertio scriptum fuit regie Maiestati pro corporis dicte Magdalene Wood captione etc.

Venerabilibus viris decano et Capitulo ecclesie Christi et metropolitice Cantuar ad quos omnis et omnimoda iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Archiepiscopum Cantuar sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante [illegible] dinoscitur pertinere, **Vestroque** in spiritualibus vicario generali et officiali principali sive custodi spiritualitatis Archiepiscopalis et sedis Cantuar iam vacantis legitime constituto vester humilis **Stephanus** Lakes legum doctor Reverendi domini Archiepiscopi Cantuar officialis legitime etiam deputatus omnimodas reverentiam et obedientiam debitas, Cum nos in quadam causa correctionis que coram nobis in Judicio inter Richardum Walleys [illegible] promotorem necessarium officii nostri in hac parte legitime assignatum ex una, Et Thomam Wood parochie de Eltham diocesis Cantuar partem contra quam officium nostrum promovetur partem ex altera, vertebatur et pendet indecisa rite et legitime procedentes **Eundem** Thomam Wood in non solvendo summam [illegible] solidorum [illegible] pro expensis litis huiusmodi alias per nos legitime taxat' ut certificamus de solvendo easdem monitionem nostram sibi iudicialiter et legitime fact' pronunciaverimus contumacem et in penam contumacie sue huiusmodi excommunicaverimus in scriptis, ac pro excommunicato palam et publice iuxta iuris exigentiam denunciari et declarari fecerimus iustitia id poscente, Cumque dictus Thomas Wood in huiusmodi Sententia excommunicationis per quadraginta dies et ultra post denunciationem huiusmodi contumaciter perseveravit, et adhuc perseverat Jurisdictionem ecclesiasticam nequiter contemnendo **Vobis** igitur vestrisque reverentiis supplicamus et instanter rogamus quatenus ad ipsius Thome Wood sic excommunicati obstinatiam reprimendam Regie Maiestati pro corporis ipsius Thome Wood sic excommunicati captione, iuxta hunc regni Anglie consuetudinem hactenus in similibus usitatam scribere dignemini, ut quem timor Dei pene ecclesiastice a contemptu non revocat saltem coerceat et compellat animadversio pene corporalis a sua maiestate infligenda, quorum ad populi regimen et regni sui tranquillitatem diu conservet prosperam clementia divina diu [illegible] **In** ~

Concordia quoad capellam de Adington facta

Cuius Rei Testimonium Sigillum nostrum officii nostri presentibus apposuimus. Dat' decimo sexto die Mensis Augusti, Anno domini Millesimo, Quingentesimo Octogesimo Tertio

Decimo Nono die Augusti Anno domini Millesimo Quingentesimo Octogesimo tertio scriptum fuit regist[illegible] [illegible] domini Thome Wood &c.

Omnibus et Singulis Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum tripartitum indentatum pervenerit, Thomas Walton de Boughton Malherbe in comitatu Cantie Armiger, patronus Ecclesie de Thornham in Com' Cant' ac dict' Cant' et vicarie perpetue de Thornham predicta cum capella de Aldington eidem vicarie annexa Patronus Salutem in domino sempiternam. Cum aliqua materia disceptationis et questionis inter Henricum Brockhill de Thornham predict' in dicto comitatu Cantie Armigerum et antecessores suos, dominos Manerij de Aldington predict' et omnes alios statum suum habentes, inhabitantes infra Aldington infra Thornham predict' ex una parte, et Willelmum Merricke Clericum vicarium perpetuum modernum dicte vicarie perpetue ecclesie parochialis de Thornham predict' cum capella de Aldington predict' et predecessores suos ibidem vicarios ex altera parte, occasione et pretextu divinorum administrand' dicend' et celebrand' in diebus Sancti Petri ad vincula et aliis [illegible] in capella de Aldington predict' per dict' Willelmum Merricke predecessores et successores suos sub modo et forma prout in quadam compositione sive compositionem inter Edwardum Brockhill Armigerum patrem dicti Henrici, et alios inhabitantes ibidem ac priorem et conventum nuper monasterij sive prioratus de Combwell in com' predict', tunc Rectores sive proprietarios ecclesie sive capelle de Aldington predict', et [illegible] nuper vicarium ibidem ex altera parte, per [illegible] Willelmum quondam Archiepiscopum Cant' autenticata et confirmata, ac etiam per predict' nuper Priorem et Conventum de Combwell acceptata approbata et ratificata, gerent' dat' decimo octavo die Januarii Anno domini Millesimo Quingentesimo vicesimo sexto plenius liquet et apparet, suborta fuerit et mota. Noverit iam nos prefatum Thomam Walton vicarie perpetue ecclesie parochialis de Thornham predicte cum capella annexa Patronum, ac memoratum Henricum Brockhill pro dicte capelle de Aldington inhabitantibus de et cum assensu et consensu omnium aliorum inhabitantium ibidem et nos prefatum Willelmum Merricke vicarie perpetue ecclesie parochialis de Thornham predict' vicarium perpetuum et Incumbentem modernum pro firma et perpetua tranquillitate pace et quiete nos inter nos in futurum perpetuis duratura, cum tali voluntate et consensu venerabilis viri magistri Willelmi Aubrey legum doctoris Vicarii et procuratoris Cant' sede Archiepiscopali Cant' vacante spiritualitatis Custodis seu Guardiani, et loci illius pro tempore Ordinarii, nos videlicet prefat' Thomam Walton et Henricum Brockhill heredes et Assignatos nostros, et nos prefatum Willelmum Merricke et successores nostros in perpetuum in hunc qui sequitur modum amicabiliter et benigne composuisse et concordasse, viz. Quod dicta capella de Aldington (que adeo ruinosa et fere funditus prostrata existit, quod ad divina officia ibidem celebrand' idonea fieri nullo modo possit) et dicte ecclesie de Thornham vicina et contigua sit, de cetero perpetuis futuris temporibus sit omnibus exonerata, ac ab omnibus et [illegible] honoribus privilegijs et preeminentijs capelle sive ecclesie divinorum celebrandi et sacramentorum ministrandi destinat' debitis et competentibus imposterum perpetuis futuris temporibus omnino vacua et destituta remaneat et existat, quodque parochiani et inhabitantes de Aldington predict' imposterum perpetuis futuris temporibus sint [illegible] censeantur et reputentur parochiani de Thornham predict', et quod prefatus Willelmus Merricke et successores sui a divinis officiis in dicta capella de Aldington administrand' dicend' et celebrand', et sacramentis ibidem ministrand' sub modo et forma predict' teneantur penitus liberi quieti et immunes et indempnes sint in perpetuum. Cuius quidem concessionis et concordie intuitu Ego prefatus Willelmus Merricke pro me et successoribus meis cum assensu et consensu predict' venerabilis viri magistri Willelmi Aubrey legum doctoris Vicarii et procuratoris Cant' sede Archiepiscopali Cant' iam vacante spiritualitatis Custodis seu Guardiani, et loci illius pro tempore Ordinarii dedi concessi et [illegible] quantum in me est et ad me attinet pro me et successoribus meis confirmavi prefat' Henrico Brockhill et heredibus et Assignatis suis in perpetuum totam predictam capellam de Aldington una cum cimiterio eiusdem capelle spectantem et adiacentem ac ceteris suis [illegible] in [illegible]

ac heredum et assignatorum suorum imperpetuum conducendum tenendum et approprianda **Sciatis**
insuper Nos prefatus Thomas Wotton et Willelmus Merricke omnibus nos dedisse concessisse et per
presentes pro nobis heredibus et successoribus et assignatis nostris confirmasse, quantum in nobis est et ad nos
attinet prefato Henrico Barkhill, quatuor acras terre arabilis sive pasture sive plus
sive minus inde habeantur, quarum septem iacent in quodam loco vocato Forestemeadowes, et abuttant
ad terras dicti Henrici versus East west northe and southe et due reliquie acre dictarum
acrarum iacent in quodam campo vocato Estfeild et abuttant ad regiam stratam ibidem ducentem a Charingham
ad [illegible] Hollingborne versus Northe, ad terras dicti Henrici versus Est et Southe, et ad le gate et
Horstall ducentem ad domum mancionalem dicti Manerii prefati Henrici versus west, et ad dictam Capellam
spectantes seu pertinentes ac ut gleba sive terra glebalis dicte Capelle [illegible] habitas reputatas
cognitas sive acceptatas Excepto tamen et dicto reservato dicto Willelmo Merricke [illegible] heredibus et
successoribus suis in perpetuum [illegible] et [illegible] in omnibus [illegible] emergentibus et
accrescentibus **Habendum tenendum gaudendum et possidendum** dictas
capellam et [illegible] et [illegible] acras terre sive glebe [illegible] (excepto preexcepto) prefato
Henrico Barkhill heredibus et assignatis suis imperpetuum, ad proprios et solos usus dicti Henrici ac
heredum et assignatorum suorum imperpetuum **Reddendum** inde annuatim nobis prefatis Willelmo
Merricke et successoribus meis in perpetuum octo solidos bone et legalis monete Anglie, ad duos
anni terminos magis usuales, scilicet ad festum Annunciationis beate Marie virginis, et Sancti Michaelis
Archangeli per equales portiones solvendos Et si contingat redditum prefatum annualem octo solidorum aretro
fore in parte vel in toto, per spatium [illegible] dierum post aliquod festum festorum predictorum, in quibus (ut prefertur)
solvi debeat, tunc bene licebit prefato Willelmo Merricke et successoribus suis in perpetuum in predictas
quatuor acras terre sive glebe intrare et distringere, districtionesque sic ibidem captas abducere
effugare asportare et penes se retinere donec et quousque de redditu predicto et arreragiis inde
(si que fuerint) sibi plenarie fuerit satisfactum et persolutum **In cuius rei** testimonium
uni parti harum Indenturarum tripartitarum indentatarum penes prefatum Willelmum Merricke remanenti
predicti Thomas Wotton et Henricus Barkhill sigilla sua respective apposuerunt, et alteri
parti harum Indenturarum penes prefatum Thomam Wotton remanenti, predicti Henricus et Willelmus
sigilla sua respective apposuerunt, Tertie vero parti harum Indenturarum penes prefatum
Henricum remanenti predicti Thomas et Willelmus sigilla sua respective etiam apposuerunt
Dat[um] vicesimo die Augusti Anno domini 1563^tio Regnique domine nostre Elizabethe dei
gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. anno quinto/

Et Nos prefatus **Willelmus Awbrey legum doctor,**
dioc[esis] et peculiaris [illegible] sede Archiepiscopali [illegible] iam vacante [illegible] Custos sive Guardianus
et loci illius pro tempore ordinarius, huiusmodi compositionem et concordiam (assensu ante et
consensu nostris interveniente) inter prefatum Thomam Wotton Henricum Barkhill
et Willelmum Merricke sic (ut prefertur) factam habitam et factam auctoritate nostra
ordinaria qua fungimur in dicta dioc[esi] [illegible] sede Archiepiscopali [illegible] (ut prefertur) iam
vacante [illegible] fungimur confirmamus ratificamus et approbamus ac perpetuis
futuris temporibus durare valere et robur firmitatis obtinere debere
decernimus et declaramus, eadem [illegible] assensu et consensu, et ad perpetuam rei
[illegible] memoriam, realem et perpetuam faciunt, et perpetuis futuris temporibus
durare volumus decernimus [illegible] **In cuius**
rei Testimonium cuilibet parti harum scriptorum tripartitorum indentatorum sigillum
officii nostri presentibus apposuimus **Dat**[um] vicesimo [illegible] die Augusti Anno domini
et regni domine nostre dicte supradictis

After our Right hartie Commendations Theise
are to advertise you, that we have viewed the distaunce betwene the parishe churche

Thome [illegible] Pensionaria in Capella de Newington

of Thornham and the Chapell of Aldington in the Countie of Kent, and that wee fynd the said Churche and Chapell to bee distaunt about a quarter of a myle and not muche above/ And likewise wee haue examined the greater and best parte of all thinhabitauntes aswell of Thornham as of Aldington, and thereupon wee fynde that the said inhabitauntes of the said parishe and Chapell are well contented, and do consent that the nowe vicar of Thornham and his successors for euer shalbe discharged from seruing of any service within the said Chapell for euer/ And that the inhabitauntes of the same Chapell shalbe taken deemed, and accompted for parishioners of Thornham, and that the same Chapell shalbe extinguished, and remaine dispossessed of any priviledge, honour, or preeminence, due to a Parishe Churche or Chapell, and be from henceforthe vnited and annexed to the Manor of Aldington aforesaid, and assigned to Henry Brokhill gent, nowe owner of the said Mannor, his heires and assignes for euer; wee haue also veiwed and surveighed the quantitie of [illegible] acre by estimacon of arable grownde, beinge parcell of the glebe of Aldington, situate, lyinge, and beinge in Aldington aforesaid: And vppon consideracon and surveighe thereof, wee fynde that euery acre thereof is reasonablie worthe tenn pence the acre beinge for the moste part barren grownde, And that the vicar of Thornham is contented and pleased for him selfe and his successors to haue for it, the summe of Eight shillinges yearely besides all Tythes/ And for that wee are geven to vnderstand by the said Mr Brokhill, that yow are desirous to knowe our opinions, aswell touchinge the premisses, as also the extinguishement of the said Chapell, and of the state thereof at this tyme: wee haue thought good further to certifie yow, that the said Chapell hathe bene of longe tyme and nowe is in suche case, that it is not fitt, nor cannot be made fitt for service, without so greate charges, as the inhabitauntes bee not willinge to beare, and that consideringe the nearnesse of the Churche of Thornham to it, wee doe not see any necessitie of the continuaunce thereof, nor any desire in the said parishioners to haue the said Chapell continued: And so wee bid yow right hartelie farewell ffrom Aldington, aforesaid this [illegible] daie of August 1583/ Your lovinge frendes Thomas [illegible] Willm Cromer Tho: Randolphe Robert [illegible] [illegible] Thomas [illegible] Thomas ffyldd Martin Barnham Willm Lambarde Henry Cutte George [illegible] Willm Merton written by Mr Merton his owne hand beinge hurte Willm [illegible] Henry Brokhill John Taylor Willm [illegible]

Lra predicand. conc. Joh. Lamont in artibus Bacche

Willimus Awbrey legum doctor Custos spiritualitatis civitatis et dioc. ac provinc. Cantuarien. per venerabiles viros Decanum et Capitulum ecclie xpi Cantuarien. Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclastica que ad Archiepum Cantuar. sede plena pertinuit ipa sede iam vacante noscitur dinoscitur pertinere **Dilecto** nobis in xpo Johanni Lamont in Artibus Bacche Salutem in dno sempiternam. [illegible] sermonis probitas et alie dotes [illegible] et [illegible] de quibus nobis commendatus [illegible] nos inducunt [illegible] in [illegible] ecclie [illegible] hec dona tibi diuinitus data ad predicand. verbum dei [illegible] sermone latino vel vulgari clero et populo in quibuscumque ecclesiis parochialibus et locis ad hoc accomodatis et decentibus [illegible] modo et laudabiliter [illegible] et facultatem tibi tenore presencium concedimus et impertimur ad nostrum beneplacitum tantummodo duraturam **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum quo in hac parte vtimur presentibus apponi fecimus **Dat** London Tertio die Mensis Septembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Octogesimo Tertio

Lre dimissorie ffrancisci Kilchyn

[illegible]

Thomas Godwyn sacre theologie professor decanus ecclie [illegible] et metropoliticae xpi Cantuarien. et eiusdem ecclie Capitulum **Ad** quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclastica que ad Archiepum Cantuarien. sede plena pertinuit ipa sede iam vacante noscitur dinoscitur pertinere **Dilecto** nobis in xpo

ffrancisco Kyrsher clerico in Dioc Chichestren Diacono presenti Salutem in auctore salutis Ut a Reverendo in Christo patre dno Johanne permissione divina Glocestren Epo seu quocunque alio Epo Catholico officii sui execucionem obtinente, in quacunque ecclesia Capella sive oratorio aut alio loco quocunque congruo et decenti per provinciam Cantuarien ubilibet constituto ad omnes sacros ordines quos non dum es assecutus, juxta morem et ritum ecclesie Anglicane in ea parte pie et salubriter edit et ordinat licite valeas promoveri Dummodo morum honestatem habueris, et in artibus illiberalibus educatus non fueris, ac etiam literarum sacrarum scientia linguaque latine mediocri notitia idoneus inveniaris super quibus ordinantis conscientiam districte oneramus, aliudque canonicum in ea parte tibi non obsistat impedimentum, Licentiam et facultatem tam dicto Reverendo patri Epo Glocestren aut alii cuicunque Catholico Epo hujusmodi ordines conferendi quam tibi easdem recipiendi benigne concedimus et impertimur per presentes **In cuius** rei &c Dat London decimo die Mensis Septembris Anno dni 1583

Thomas Godwyn sacre theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant et eiusdem ecclesie Capitulum **Ad** quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Archiepum Cantuarien Sede plena pertinuit ipsa sede jam vacante dignoscitur pertinere **Dilecto** nobis in Christo Willmo Blunt Notario publico Salutem in auctore Salutis Ut a Reverendo in Christo patre et Domino Domino Richardo Rogers permissione divina Epo Suffraganeo Sedis Dovorr aut alio quocunque Episcopo Catholico officii sui execucionem obtinente, in quacunque Ecclesia, Capella sive alio loco quocunque congruo et decenti infra provinciam Cantuarien ubilibet constituto, ad omnes sacros ordines, juxta morem et ritum Ecclesie Anglicane in ea parte pie et salubriter edit et ordinat licite valeas promoveri Dummodo morum honestatem habueris, et in artibus illiberalibus educatus non fueris, ac etiam literarum sacrarum scientia linguaque latine mediocri notitia idoneus inveniaris, super quibus ordinantis conscientiam districte oneramus, aliudque canonicum in ea parte non obsistat impedimentum, Licentiam et facultatem tam dicto Reverendo patri aut alii cuicunque Catholico Episcopo hujusmodi ordines conferendi quam tibi easdem recipiendi benigne concedimus et impertimur per presentes **In cuius rei** testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus **Dat** London decimo die mensis Septembris Anno dni millesimo Quingentesimo Octogesimo Tercio

Lre dimissorie Willmo Blunt

Visitatio Metropolitica Auctoritate venerabilium virorum Decani et Capituli ecclie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuarien infra Civitatem et dioces Cantuarien vacante Sede Archiepali Cant per obitum bone Memorie dni Edmundi Grindall nuper Archiepi ibm habit et fact, Anno dni Millesimo Quingentesimo Octogesimo Tertio

Visitaco Cant.

Comissio ad visitand Civitate et Dioc Cant ~ / ~ / ~ /

Willmus Awbrey legum doctor in spiritualibus
spiritualitatibus Civitatis et Dioc ac provincie Cantuarien Sede Archiepali Cant vacante
per venerabiles viros Dnos Decanum et Capitulum ecclie Christi et metropolitice Christi
Cantuarien ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Archiepum
Cantuarien Sede plena pertinuit ipa Sede iam vacante notorie dignoscitur pertinere
sufficienter et legitime constitutus **Dilecte** nobis in Christo ac venerabilibus viris magris
Thome Godwyn sacre theologie professori Decano ecclie Christi et metropolitice
Christi Cantuarien predict Ricardo Thexton sacre theologie Baccho, Johanni Bungey artium
mro John Hill sacre theolog Baccho Thome Lawse legum doctori John Winter artium
mro Johanni Langworth sacre theologie professori et Nicholao Simpson artium mro
Canonicis et prebendariis in eadem ecclia Cathedrali et metropolitica Christi Cant salutem
in auctore salutis Quoniam ex fama publica insinuacioneque aliorum frequenti accepimus quod in
Civitate et Dioc Cantuarien plurima sint reformacione et correctione necessario indigentia
que absque visitacionis remedio congrue reformari et corrigi non possint ac ipsi est convenientem
dictam Civitatem et Dioc Cantuarien predict ad dei honorem et [illegible] necnon salutem animarum
Dioc commodum et quietem [illegible] et [illegible] proponimus
[illegible] visitare statuimus **Ad visitand igitur** Civitatem et Dioc
Cantuarien predict et alia loca ecclesiastica quecumque infra easdem Civitatem et Dioc
consistentia deque statu ecclesiarum et locorum hmoi necnon vita moribus et conversacione ac
etiam qualitatibus personarum in ecclijs et locis hmoi degentium sive ministrantium modis omnibus
quibus id melius aut efficatius poterit inquirend et investigand, Criminosos vero
culpabiles et delinquentes tam clericos quam laicos condignis penis etiam usque ad beneficiorum
dignitatum sive officiorum suorum privacionem (si casus aut ratio ita depoposcerint) fructuumque
redditum et proventuum ecclesiarum et locorum quibus presunt sequestracionem vel quamvis
alia congrua et competente coertione prout iuris fuerint puniend et corrigend, Atque ad
probationem vivendi mores modis omnibus quibus id melius et efficatius poterit ~ ~
recipiend Testamenta etiam quorumcunque defunctorum infra Civitatem et Dioc Cantuarien
predict decedentium proband approband et insinuand, Administrationesque bonorum eorumdem
defunctorum [illegible] et [illegible] testamentum condiderint commitend Administrationesque
insuper ac sequestraciones bonorum ab intestato sive per viam intestati etiam decedentium in
debita Juris forma expediend concedend et committend Computaque quorumcumque tam executorum
quam administratorum ac sequestratorum quorumcumque recipiend et admittend **Ac**
insuper eosdem executores administratores et sequestratores omnes et singulos acquietand
relaxand et finaliter dimittend **Necnon** a clericis et beneficiatis quibuscumque tam
ordinum quam beneficiorum per eos [illegible] quecumque exigend et recipiend
[illegible] et ea diligenter examinand et [illegible] et quos non sufficientes invenerint in ea parte
[illegible] ab officijs et beneficijs dimittend et sic pro non munitis pronunciand et
declarand, Sinodaliaque et Capitula tam generalia quam specialia clericorum et populi hmoi pro
excessibus premissorum aut reformacionis quarumque faciend et celebrand procuracionesque
et Sinodalia quecumque racione visitacionis nostre hmoi debita sive et ante [illegible] petend
exigend et levand Ac procuratores hmoi non solventes aut solvere recusantes per
censuram ecclesiasticam cogend compellend et coercend Et generaliter omnia et singula alia
faciend exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu
quomodolibet oportuna vobis 4or et 3bus committimus vices nostras et plenam in dno tenore
presentium concedimus facultatem ac potestatem alium vel alios in premissis et eorum quolibet
(si opus fuerit) loco vestro substituend, Salvis tamen et reservatis nobis admissione
institucione et induccione quarumcumque clericorum ad quecumque beneficia ecclesiastica
dicte Civitatis et dioc Cant durante hmoi visitacione et durante vacatione Sedis
Archiepalis Cant predict presentatorum et presentandorum vigore commissionis
nobis per dictos venerabiles viros Decanum et Capitulum ecclie Christi et Metropolitice
Christi Cant predict nobis inde fact et concesse quibuscunque aliis commissionalibus aut
aliquo in eisdem content in contrarium faciend non obstante quibuscunque, Assumpto vobis

et substituend vices huiusmodi vno vel pluribus dilecto nobis in Christo Johanni Incent notario ~ publico Sedis Archiepalis Cant Registrario principali vel eius in hac parte deputat ~ in registrarium et actorum nostrorum scribam in hac parte durante visitacione huiusmodi. In Cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat ~ London decimo nono die Mensis Julij Anno dni Millesimo quingentesimo Octogesimo ~ Tercio ~/~/~/

[illegible] vlterius tamen citra

Vacaciones sequuntur

Vacacio Sedis Episcopalis Bristolien a Quarto die Mensis Augusti Anno dni

Bristolien Dioc

Millesimo Quingentesimo Octogesimo Tercio vacante Sede Archiepali Cant per ~ obitum Reverendissimi patris dni Edmundi Archiepi Cant /~/~/

Commissio Custodie spiritualitatis Bristolie facta Epo Glocestren

Thomas Godwyn sacre theologie professor Decanus ecclie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuarien et eiusdem ecclie Capitulum ad quos ~/~/ omnis et omnimoda Jurisdiccio spiritualis et ecclesiastica que ad Archiepiscopum Cantuarien et Episcopum Bristollien Sedibus plenis pertinuit ipsis respective Sedibus iam vacantibus ~ notorie dinoscitur pertinere Reverendo in Christo patri dno Johanni permissione divina ~ Glocestren Episcopo necnon Episcopatus Bristollien Commendatario Salutem in dno salvator.

Cum omnis et omnimoda Jurisdiccio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Bristollien qui pro tempore fuerit Cantuarien ecclie Suffraganeum spectabat, ipsiusque Jurisdiccionis exercicium ad nos dict ecclie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuarien iure de Jure ac ~/~/ prerogativa et consuetudine vacante Sede Archiepali Cant huiusmodi hactenus inconcusse ~ vsitatis et observatis legitime prescriptis in presentiarum pertinere dinoscantur **Nos** de vestris sana doctrina fidelitate Consciencie puritate et circumspeccionis industria in hac parte plurimum freti vos delegatum et Commissarium nostrum in spiritualibus generalem et ~ Custodem spiritualitatis Civitatis et dioc Bristollien prefecimus Constituimus et deputamus per presentes vobisque et vestris Jurisdiccionem spiritualem et ecclesiasticam ad Episcopum Bristollien pro tempore existen de iure vel consuetudine quovismodo spectan et competen vobis committimus per presentes /—

Ad visitand igitur ecclesiam Cathedralem Bristollien predictam et in eadem rectores et ~/~ incumbentes singulasque et singula loca ecclesiastica clerumque et populum dictarum Civitatis et dioc. Necnon ad inquirendum per vos seu alium vel alios a vobis ad id deputat vel deputand de et super quibuscumque excessibus culpis criminibus et delictis quibuscumque commissis seu committend ~ quorum inquisitio correctio et punitio ad forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine poterit pertinere ipsosque et ea ibidem reperta detecta et denunciata debite corrigend et puniend. Ac quoscumque clericos a beneficiis officiis promotionibus et administracionibus suis ecclesiasticis si eorum demerita ita exegerint (iuxta iura et statuta huius regni Anglie exigentiam) amovend et destituend. **Ad** recipiend [illegible] inventaria [illegible] quorumcumque subditorum dictarum Civitatis et dioc Bristollien, qui Episcopi Bristollien pro tempore fuerint ad Jurisdiccionem prestacionem vel obiam sunt ~ astricti quorumcumque etiam fructibus redditibus et proventibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum et alia bona quorumcumque infra Civitatem et dioc predictas in casibus a iure vel consuetudine huius regni Anglie statutis permissis et approbatis sequestrand et sequestrari faciend ~/~ Sequestraque huiusmodi custodiend et faciend per alios custodiri. Ac etiam Synodum celebrand ~ clerumque et populum convocand et legitime absentes per censuras iur remedia puniend. Synodalia quoque dictarum Civitatis et dioc racione Jurisdiccionis ecclesiastice Sedis Bristollien predicte. Necnon procuraciones de singulis ecclesiis debitas petend et colligend ac recipi faciend presentaciones insuper quascumque ad quecumque beneficia ecclesiastica dictarum Civitatis et dioc vacantia et vacatura ~ recipiend et admittend personasque quascumque ad beneficia quecumque huiusmodi presentatas et imposterum presentandas admittend, et eas in beneficiis huiusmodi canonice instituend et ~ induci faciend et mandand. Literasque tam dimissorias quam commendaticias quibuscumque

ꝑsonas idoneas durante vacatione Civitatis et dioc faciend et concedend / **Necnon** commissionem
et litteras dimissorias quoscumque Epo dati officii sui exercicium obtinen Clericos quoscumque in Civit et
dioc Bristollien pred debitis temporibus ad oes sacros ordines rite admittend et ordinand
Rectoresque et vicarios ecclesiarum parochialium pred Civit et dioc ad personaliter residend per
quascumque censuras ecclesiasticas canonice cogend et compellend, Ad inhibend preterea omnibus
singulis decanis capitulis Archidiaconis ꝑsonis vicariis et aliis infra dioc pred iurisdictionem ecclesiasticam
habentibus et exercentibus, ne quicquam in preiudicium dicte visitacionis et iurisdictionis aliquid attemptent
sive aliquis attemptare faciant seu per eorum aliquem attemptet sub pena contemptus.
Testamenta etiam quorumcumque in dict Civit et dioc decedent, quorum insinuatio et approbatio
ad Epum Bristollien pro tempore existen debeat pertinere insinuand et approband,
Administrationesque bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum quorumcumque etiam ab intestat
vel quasi ab intestati decedent exequutoribus in huiusmodi testamentis nominatis seu aliis personis quibus
de iure et statutis huius regni Anglie fuerint concedend, et nobis visum fuerit expedire
in forma iuris committend / **Necnon** computum calculum sive ratiocinium dictorum exequutorum
sive Administratorum huiusmodi audiend et discutiend et eos a computo sive ratiocinio [illegible]
[illegible] et finaliter liberand et dimittend, Iurisdictionemque insuper quorumcumque inferiorum in dict
Civit et dioc suspendend, eosque ad hoc si opportuerit compellend / **Ad cognoscend**
Preterea et procedend in omnibus et singulis causis negotiis litibus et querelis in
Curia Consistoriali Bristollien tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcumque
partium instantias in presenti motis vel imposterum movend, ipsasque et ea audiend discutiend
et fine debito terminand Necnon Clericos quoscumque coram quibuscumque Iudicibus sive
Iusticiariis secularibus in causis criminalibus vel super felonia quarumcumque in dict Civit
et dioc indictatos impetit sive convict examinand et approband, eosque ad beneficium
clericale iuxta leges et statuta huius regni Anglie recipi et admitti petend et
requirend **Necnon** omnia et singula emolumenta spiritualia et ecclesiastica racione iurisdictionis
ecclesiastice Episcopatus Bristollien debita petend et recipiend, Atque de receptis cum
solucionem faciend et omnes acquietancias liberand Ac usurpata et attemptata in contrarium
per viam iuris remedia revocand et reformand contra usurpatores attemptatores et
transgressores huiusmodi procedend, Contradictores et rebelles per censuras ecclesiasticas iuris
compellend et compescend / Unum insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco vestro
deputand ac eis sive eis vices vestras circa premissa in omnibus locis dictarum Civit et dioc
committend / **Ac** insuper omnia et singula alia exercend faciend et expediend que de
iure vel consuetudine faciend fuerint in hac parte / Et que in premissis et circa ea necessaria
fuerint seu quomodolibet opportuna paternitati vestre vices nostras committimus cum cuiuslibet
canonice coercionis potestate prioribus litteris nostris Commissionalibus ven magistro Iohi Sprint
sacre theologie professori et Felici Lewes legum doctori quibuscumque aliis personis seu quibuscumque
aliis personis in hac parte ante hec tempora concessis nullatenus non obstan, quas harum
serie revocamus et pro revocatis ad omnem iuris effectum [illegible] volumus haberi et censeri
volumus **Assumpto** vobis et substitutis vestris uno vel pluribus **Dilecto**
nobis in Christo Iohanne Incent notario publico Sedis Archiepiscopalis Cantuarien Registrario
principali vel deputatis ab eo in hac parte deputat in Registrarium et Actorum vestrorum scribam in
hac parte durante hac nostra Commissione / **In Cuius rei** testimonium Sigillum
nostrum in hac parte solitum apponi fecimus Dat quarto die mensis Augusti Anno dni
Millesimo Quingentesimo Octogesimo tertio

Ecclie de Weke Regis cum Capella de Weymouthe eidem annex Institutio

Tricesimo die Mensis Augusti

Anno dni Millesimo Quingentesimo Octogesimo Tertio Coram venerabili viro mro Willimo
Awbrey legum doctore Custode spiritualitatis et ecclesiastica que ad Epum Bristollien sede
plena pertinent ipsa sede iam vacante notorie dignoscitur [illegible] Constitutus personaliter
Nicholaus Jeffries clericus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Weke Regis cum
Capella de Weymouthe eidem annex dict Bristollien dioc vacantem [illegible] rite

presentatus Articulis de quibus in Synodo London tent assensu Archiepiscoporum Episcoporum et Cleri utriusque provincie Cantuarien et Eboracen Conventum est Anno domini iuxta ~ computacionem ecclesie Anglicane 1562 ad tollend opinionum varietatem &c manu sua propria &c subscripsit Et tunc prestito per eundem Nicholaum Jefferys Juramento de agnoscend regiam supremam potestatem &c et de renunciand cuicumque forinsece potestati &c iuxta formam statuti &c et de Canonica obedientia &c Necnon quod nulla Symoniaca convencione vel pravitate interveniente se presentari procuravit &c prefatus magister Willelmus Awbrey admisit eundem Nicholaum ~ Jefferyes ad dictam ecclesiam parochialem de Welke Regis cum Capella de Weymouthe eidem annexe predict liciter (ut dicitur) vacantem ad quam per Reverendum in Christo patrem et dominum dominum Johannem permissione divina Winton Episcopum verum ecclesie predicte cum Capella annexa vero et indubitatum (ut dicitur) patronum presentatus extitit ipsumque rectorem eiusdem &c instituit canonice et investivit in eadem cum suis Juribus membris et pertinentiis universis Jureque dominio et consuetudinibus Capitularibus ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant Necnon ecclesie Cathedralis et metropolitice Christi Cant predicte et ecclesie Cathedralis Bristollien dignitatibus et honoribus in cunctis semper salvis Deinde dominus ad peticionem dicti Nicholai Jefferys decrevit quendam Willelmum Clarke clericum Jus et interesse sibi in dicta ecclesia parochiali cum Capella predicta annexa ~ competere pretendentem citandum fore personaliter si &c Alioquin viis et modis &c ad comparend in Loco Consistorii ecclesie Cathedralis divi Pauli London decimo die post &c Ad proponend Jus et interesse sua (si que sibi competant) et ad dicend causam &c quare dictus Jefferyes (ut prefertur) admissus &c induci mandari non debeat &c cum intimacione &c Et inductio vero Jefferyes fuit mandatum pro [illegible] &c ~

Vacatio sedis Episcopalis Oxon tempore vacationis sedis Archiepiscopalis Cant post mortem Edmundi Grindall Incipien

Oxon

Sexto die Mensis Julii Anno domini Millesimo Quingentesimo Octogesimo Tertio ~

Commissio ad exercend ~ Jurisdiccionem et visitand Sede Episcopali Oxon tempore vacationis Sedis Archiepiscopalis

Willelmus Awbrey legum doctor Custos spiritualitatis Civitatis et dioc et provincie Cant &c venerabiles viri Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant, **Ad** quos omnis et omnimoda Jurisdiccio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Oxon ~ sede plena pertinuit Ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere sufficienter et legitime constitutus / **Dilectis** nobis in Christo venerabilibus viris magistro Herberto Westfaylinge et Roberto Chaloner sacre Theologie professoribus et Griffino Lloide legum doctori Salutem Vos de quorum sana doctrina fidelitate conscientie puritate et circumspectionis industria in hac parte plurimum fidimus ad cognoscendum procedendum statuendum et diffiniendum in omnibus et singulis ~ causis et negotiis ecclesiasticis quibuscunque in Civitate et dioc Oxon predicta tam ex officio mero ~ mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instantiam sive promotores hactenus motis inchoatis et indecisis aut imposterum movendis et intentandis easque et ea cum suis incidentibus emergentibus ~ dependentibus annexis et connexis quibuscunque (citra tamen offensionem legum et statutorum huius Regni Anglie et quatenus leges et statuta huiusmodi permittant et non aliter neque alio modo) audiend discutiend et fine debito terminand Necnon inquirend seu inquiri faciend de et super quorumcunque subditorum tam clericorum quam laicorum Civitatis et dioc Oxon predicte criminibus excessibus et delictis quibuscunque hactenus commissis aut imposterum committend quorum cognitio correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de Jure vel consuetudine aut huius Regni Anglie ~ legibus et Statutis (citra tamen offensam legum et statutorum dicti Regni Anglie) pertinuit pertinere Ac criminosos culpabiles et delinquentes huiusmodi tam Clericos quam Laicos condignis penis etiam usque ad beneficiorum dignitatum et officiorum suorum privationem (si criminositas

ita per possessores fructuumque redditum et proventuum ecclesiarum et locorum quibus premittitur sequestratorum
vel quarumcumque aliam congruam et competentem rectionem inclusive compellend et coercend aliasque de proventibus
vivend mercis modis omnibus quibus id melius poteritis redimend. Testamenta insuper et ultimas
voluntates quarumcumque infra dict Civitate et Dioc Oxon personarum decedentium quorum probatio sunt
spectantes ad Episcopum Oxon sede plena dinoscuntur approband et insinuand. Administrationesque bonorum
huiusmodi defunctorum et aliorum ab intestato sine testamento intestati etiam decedentium Executoribus in huiusmodi
testamentis nominatis et aliis personis quibus de iure et statutis huius regni Anglie committi
debeant in debita iuris forma committend et committend. Aliaque etiam in casibus casibus a iure
et statutis huius Regni Anglie approbatis bona quorumcumque in Civitate et Dioc Oxon
predict decedentium sequestrand et sequestrari faciend. Ac compotum calculum sive ratiocinium ex
executorum administratorum et Sequestratorum huiusmodi recipiend audiend et admittend ac computantes
huiusmodi ab omni ulteriori compoti calculo sive ratiocinio in hac parte reddend prout iuris fuerit
et equitatis absolvend et finaliter dimittend. Necnon Clericos et beneficiatos quoscumque
infra dict Civitate et Dioc Oxon tam pro Ordinibus quam beneficiis per eos adeptis literas
et Instrumenta quecumque exigend et recipiend easque et ea diligenter examinand et
discutiend et si quos non sufficienter munitos in ea parte comperteritis ab officiis et
beneficiis huiusmodi dimittend et sic pro non munitis pronunciand et declarand. Synodos
et Capitula tam generalia quam specialia Cleri et populi huiusmodi pro correctione excessuum
cum reformatione quarumcumque habend convocand et celebrand eaque sint debite terminand
et dimittend ac contumaciter absentes per ultima iuris remedia coercend et puniend.
Clericos insuper quoscumque coram quibuscumque Iudicibus sive Iusticiariis Secularibus
domine nostre regine super felonia quarumcumque infra dict Civitate et Dioc Oxon impetitos
sive convictos examinand et approband eosque ad beneficium clericale iuxta leges et
statuta huius Regni Anglie recipi et admitti petend et recipiend omnemque
et iurisdictionem et possessionem dicte Sedis Episcopalis [illegible] conservand et
eiusdem Ecclesie Cathedralis et metropolitice Christi Oxon nostro defend. Ad visitand
[illegible] tam in capite quam in membris Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc Oxon
necnon monasteriaque Ecclesias et alia loca ecclesiastica quecumque in et per Civitatem et Dioc
Oxon predict [illegible] constitutis Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes
deque statu Ecclesiarum et locorum huiusmodi necnon vita moribus et conversatione ac etiam
qualitatibus personarum in Ecclesiis et locis huiusmodi degentium sive residentium et ministrantium modis
omnibus quibus id melius et efficacius poteritis inquirend et investigand. Ad
Inhibend insuper vice et authoritate nostris omnibus et singulis Decanis et
Capitulis Rectoribus Cancellariis Officialibus commissariis Archid Decanis Ruralibus quibuscumque
quocumque nomine aut cognomine censeantur et reputentur ne vos aut vestrum aliquis
pendente visitatione nostra huiusmodi Iurisdictionem aliquam spiritualem vel ecclesiasticam alicubi
infra Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc Oxon predict quoquo modo exerceat
aut quicquam aliud in preiudicium sive dispendium visitationis huiusmodi quomodolibet ex
attemptare presumant seu eorum aliquis presumat faciat vel fieri faciat sub
pena contemptus. Ac usurpata et attemptata in contrarium per ultima iuris
remedia revocand contra usurpatores attemptatores et transgressores huiusmodi
procedend ac eos et eorum quemlibet per censuras ecclesiasticas canonice puniend.
Alium insuper vel alios in premissis loco vestro aut cuiuslibet vestrum quoties
opus fuerit substituend ac ei sive eis vices vestras circa premissa in omnibus locis
eorundem Civitate et Dioc Oxon quoties opus fuerit committend. Et Substitut huiusmodi ad
Arbitrium revocand. **Et Generaliter** omnia et singula alia faciend exercend
et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna.
Vobis coniunctim et divisim vices nostras committimus Et plenam in Domino tenore presentium concedimus
potestatem. Vosque delegatos et Commissarios nostros in hac parte in et per Civitatem et
Dioc Oxon predict preficimus constituimus et deputamus per presentes cum cuiuslibet
cohercionis et Ultime [illegible] potestate cum non beneplacito duratur. Et quoniam non
est pro officio nostro debito vigilanter prospicere ut boni et fideles digni et idonei

idonei

captivarii inferiora dudum ... collaciones quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum dicte Civitatis et dioc' Oxon' vacantium et vacaturorum necnon personalem residenciam approbacionem admissionem et Institucionem quorumcumque clericorum ad quecumque beneficia ecclesiastica dicte Civitatis et dioc' Oxon' per presentandorum nobis specialiter reservamus presentibus literis nostris commissionalibus aut aliquo in eisdem contentis in contrarium faciendis non obstante **Assumpto vobis** et substituto vero huiusmodi uno vel pluribus dilecto nobis in Christo Johanne Incent notario publico Sedis Archiepiscopalis Cant' Registrario principali vel eius deputato in registrarium et Actorum scribam in hac parte Scribam mandantes nihilominus quod cessante vacacione et finita visitacione predicta et alio Episcopo in eadem Sede consecrato et intronizato de et in eo quod vos sive substituti sive substitutos vestros vigore et auctoritate Commissionis nostre huiusmodi Actum gestum vel expeditum fuerit nobis aut alio Judici competenti quotiens per literas vestras patentes sub forma autentica continentes Acta et processus vestros complectentes debite certificetis prout decet **In Cuius rei Testimonium** Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat' decimo septimo die Mensis Julij Anno Domini 1583

... ncipalis ... Chri no ... m et ... Jurisdicionis ... et dioc

Thomas Godwyn sacre Theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant' et eiusdem ecclesie Capitulum **Ad** quos omnis et omnimoda Jurisdiccio spiritualis et ecclesiastica que ad Archiepiscopum Cantuar' et Episcopum Oxon' Sedibus plenis pertinuit ipsis vacantibus Sedibus iam vacantibus noscitur dignoscitur pertinere **Dilecto** nobis in Christo domino Archidiacono Oxon' Salutem [illegible] Civitatis et dioc' Oxon' predict' Clerumque et populum earundem in locis exemptis et non exemptis Civitatis nec non in dicta dioc' Oxon' sede Episcopali ibidem (ut prefertur) iam vacante divina favente clementia propediem actualiter visitare intendamus **Vobis igitur** tenore presentium inhibemus ac per vos omnibus et singulis aliis omnibus Jurisdiccionem ecclesiasticam infra dictum Archidiaconatum in locis exemptis et non exemptis exercentibus seu exercere pretendentibus sic inhiberi volumus et mandamus quibus nos etiam tenore presentium sic inhibemus ne vos aut illi seu eorum aliquis pendente visitacione nostra predicta ecclesias aut alia loca clerumve aut populum dicti Archidiaconatus Oxon' visitare aut ea que sunt Jurisdiccionis ecclesiastice a die recepcionis presentium aut intimacionis eorundem vobis aut eis seu eorum alicui fiende exercere seu quicquam aliud in preiudicium visitacionis nostre predicte quovismodo attemptare presumatis seu eorum aliquis presumat sub pena contemptus **In Cuius rei** Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat' [illegible] die Mensis Junij Anno Domini 1583

Inhibicio ad Archidiaconum Oxon' pro visitacione ordinaria per venerabiles viros Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant' tempore vacacionis Sedis Archiepiscopalis Cant'

